



Specimen historico-politicum inaugurale de Casparo Fagelio, consiliario


<https://hdl.handle.net/1874/321384>

SPECIMEN HISTORICO-POLITICUM INAUGURALE

DR.

CASPARO FAGELIO,

CONSILIARIO.



10

SPECIMEN HISTORICO-POLITICUM INAUGURALE

DE

CASPARO FAGELIO,

CONSILIARIO,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERM. JOH. ROYAARDS,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISSQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LAMBERTUS EDUARDUS LENTING,

Indo-Batavus.

DIE XXX M. JUNII A. MDCCCLXIX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLXIX.

БИБЛІОГРАФІЧНО-ІНДІКТОРНИЙ КАТАЛОГ

ОДИОЛІТ ФІЛОСОФІї

ВІДАННЯ УЧЕНОГО СОВІДОМСТІ

СІМІСЬКА ОДИОЛІТСЬКА АССАДА

ІМЕНІ ВІДОВОЇ МАРИЯМИ НІКОЛАЕВНОЇ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

TYPIS K. J. GIEBEN.

ІДІОЛОГІЯ ПОЛІТИКИ

PARENTIBUS OPTIMIS, CARISSIMIS,

SUMMA PIETATE COLENDIS.

NEC NON

VIRO DOCTISSIMO

H. POLMAN KRUSEMAN,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO,

HAS STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

A U C T O R.

АКИЛАНОВЫЙ БЛЮЗ ОДНОГО ДНЯ

Составил Юрий Касаткин

Лирика

Музыкальное сопровождение

АКИЛАНОВЫЙ БЛЮЗ

Составлен Юрий Касаткин

Музыкальное сопровождение

Юрий Касаткин

PRAEFATIO.

Summos jamjam in Jure Romano et Hodierno capturus honores, lubenter hanc solemnem arripio occasionem, ut iis gratum significem animum, quorum benevolentiam cum in puerili aetate, tum vero in hoc Academico curriculo quam maxime expertus sum.

Et quidem primum me in Vos convertere, PARENTES! jubet et animus meus et pietas. Nam non tantum inde a teneris et a quo possum repetrere tempore summo amore me amplexi estis, optimique vitae duces exististis, verum etiam omnibus, quibus puerilis actas impertiri debet, doctrinis crudiendum curastis, et egregiis ad benc vivendum praecepsis veraeque humanitatis sensu me imbuere studiastis. Desunt verba, quibus pro sollicitudinis et curarum magnitudine, acque et satis digne gratam vobis testificer mentem meam. Scio tamen iis non opus esse, ut bene teneatis me vos diligere, venerari. Quantum vobis supersit vitae spatium, utinam longum, felix sit, favente quidem Deo, quem precor; quod ad me attinet, beatum reddatur meo amore et cultu.

Tibi quoque, una cum Parentibus, hasce qualescumque studiorum primitias mihi liceat dedicare, Vir Spectatissime, POLMAN KRUSEMAN! qui cum humanitate et liberali tua

institutione, bonarum literarum atque disciplinarum amorem incendisti, tum vero familiaritate et hospitio ita me tibi devinxisti, ut magis amicus, quam discipulus viderer.

Me huius jucundissimi temporis numquam immemorem invenies; illam vero tuam amicitiam mihi non deneges, est quod etiam atque etiam rogo.

Officio et pio et dulci fungor, Vobis, Viri Clarissimi! quos mihi in hac Academia versanti Praeceptores habere contigit, gratias, quas possum maximas, agens pro egregia vestra institutione; liceat mihi aliquando factis monstrare non plane inutiles mihi evasisse lectiones vestras.

Tibi praesertim, Vir Clarissime VREEDE, Promotor Aestumatissime! quantum debo vix effari possum. Nam in elaborando meo specimine tanta fuit tua benevolentia et humanitas, ut, quid magis admirer, vel doctrinam, qua me adjuvasti, vel comitatem, qua quotiescumque te adierim me excepisti, plane nesciam. Persuasum tibi habeas me per totam vitam ob insignem hancce tuam benevolentiam tibi devinctum fore.

Vos omnes, qui vel consiliis vestris, vel librorum aut MSS. usu mihi adsuistis, grato animo me ea recordari pro certo habeatis.

Vos denique, Amici Carissimi! quorum familiaritate et quotidiana fere consuetudine, per longum annorum spatium, frui mihi licebat, sive vos vitae civili jam immisceratis, sive adhuc in hac Academia versemini, Valete, mei memores estote.

INTRODUCTIO.

Si verum est, quod dixit CICERO, *historiam esse lucem veritatis et magistrum vitae*¹⁾, quid magis dignum est, quod indagetur, quam historia Patriae nostrae? Romanorum erat mos majorum imagines in atrio ponere, ut incitaretur juventus ad virtutem. Ita majorum nostrorum facta praeclera, illorum probitas et virtus nos incitant ut exempla sequamur. Quid, quaeso, jucundius, quam pristinae Reipublicae gloriam contemplari? quid utilius, quam causas inquirere incrementorum illius ac floris, et internam temporum historiam cognoscere? Sane ex antiquiorum temporum consideratione multa recentiora explicantur.

Quodsi historiae patriae studium magni momenti est ei, qui causarum et eventuum rerum explicationem quaerit, majoris certe est momenti illorum virorum cognoscere vitas,

1) CICERO de Orat. II. c. 9. (ed. Orellii) »Historia vero testis temporum, lux veritatis, vita (via) memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, qua voce alia, nisi oratoris immortalitati commendatur?»

qui variis temporibus, summa gerentes munera, magnam habuerunt auctoritatem, magnamque exercuerunt vim in aequales. Nam saepius illa inquisitio novum lumen praebere potest historiae illorum temporum, quibus vixerunt. In Republica Belgii Foederati, Advocatum, qui dicebatur, dein Consiliarium Hollandiae et Westfrisiae, excuso quin primario loco fuisse, quis est qui neget? Illorum virorum, qui hoc gravissimo munere functi sunt, fata et res gestas memoria tenere, ideo perutile est. Saepe arcanorum depositarii erant, quae non nisi magno cum detimento, ratione habita regiminis, cum aequalibus communicabantur¹⁾. Qua rerum notitia expertes hi accurate de multis rebus deque earum auctoribus judicare non potuerunt; nam ea est hominum conditio, ut melius de rebus gestis posteri judicare possint, quippe a partium studio immunes, neque excitati animi perturbationibus, quibus majores movebantur.

Equidem ductus studio historiam patriae, saltem quamdam memorabilium rerum abundantem periodum indagandi, consilium cepi vitam GASPARIS FAGELII describere: gravitas aetatis, praeclara majorum facinora, spes fore ut eo modo historiam illius temporis accuratius intelligerem et quod plus est, ut FAGELLI imaginem, ingenium, summamque eius praestantiam cum mihi ipse informarem, tum aliis proponerem, me ad scribendum appulerunt. Sed ne mirum cui videatur me in elaborando illo difficulti arguento, cum immensa fere sit rerum narrandarum copia, tantaque negotiorum moles, perseverasse, erigebat me spes fore ut aliquid, quod ipse sentio quam sit exiguum, afferrem ad illustrandam vitam summi illius viri, de quo tam variae cum inimicorum, tum amicorum et adulatorum, in utramque partem opiniones ac

1) De munere Consiliariorum vid. PESTEL Comment. de Rep. Bat. II. 374. cet.

judicia prodita sunt¹⁾). Ac profecto quam maxime memorabilis est FAGELII aetas. Per sedecim et quod excurrit annos, per quos summa in Republica dignitas ei delata fuit, patria nostra victrix e periculo certamine cum Gallorum dominatione decedens, semper, eius imprimis opera, pristinam gloriam servavit; et non tantum eximie floruit re militari, mercatura et navigatione, sed excelluerunt illo tempore plures viri, quorum merita celebrantur in rebus politicis: »Il n'y a de diplomatie, scripsit quondam insignis historicus, idemque rerum politicarum experientia clarus, en Europe au dix-septième siècle, qui paraisse égale à la diplomatic française, que la diplomatic hollandaise. — Les ministres de JEAN DE WITT et de GUILLAUME D'ORANGE, de ces illustres Chefs du parti de la liberté civile et religieuse, sont les seuls qui paraissent en état de lutter contre les serviteurs du grand Roi absolu²⁾. — Et revera tempore FAGELII Consiliarii abundat historia patriae politicis viris consummatae peritia; florebat BEUNINGIUS, BEVERNINGIUS, DIJKVELDIUS, VAN CITTERS, AMERONGAE toparcha nobilissimus VAN REEDE, JAC. HOP, alii. — Sed vigebant tum tanta partium studia, ut perdifficile sit, verum a falso discernere: itaque inquisitionis fructus in lucem edens, benevolum lectorem, si quem invenerit libellus, etiam atque etiam rogo, ut memor sit me juvenem esse et juvenilia dare.

1) Scriptor Historiarum, quibus titulus est. *Hedendaagsche Historie of tegenwoordige staet van alle volkeren* t. XIV, p. 145. haud scio an non partium studio ductus, de Fagelio pene tacendum esse existimavit: »Mr. GASP. FAGEL wordt nog tenzelfde dage (quo perierunt WITII fratres) tot zijnen opvolger aangesteld. Hij is in 't jaar 1688 overleden.” p. 145.

2) Vid. GUIZOT, *Cours d'histoire moderne* 14^e leçon.

GASPAR FAGEL generatus ab antiqua nobili gente, quae originem duebat e Flandria¹⁾, natus est a°. 1629 Hagae Comitis. Patrem habuit FRANCISCUM, Senatui Supremo (Hooge Raad) adscriptum, matrem BEATRICEM DE BYEMONT²⁾. Fratres erant HENRICUS, qui postea ei successit in munus quod erat ab Actis et Secretis Ordinum Gener.³⁾, NICOLAUS qui magistratum gessit Noviomagi et postarum publicarum fuit minister generalis (Postmeester generaal), item telonei exactor (receveur de péage), FRANCISCUS, qui a°. 1677 electus fuit Praeses Supremi Senatus⁴⁾, denique BENJAMIN, qui fuit in Camera Rationum ab Actis et Secretis (Kamer van Rekening) et postea Curiae Provinciae Hollandiae (Hof van Holland) adscriptus a°. 1674⁵⁾.

Omnis igitur CASPARI fratres amplis muneribus ornati sunt: an fratris opera et auctoritate? Affirmat suspectae fidei testis WICQUEFORTIUS⁶⁾.

1) Vid. apud SANDERUM I. 388. *Flandria Illustrata* (Coloniae Agripinae, A°. 1641) *Elenchus nobilium aliquot virorum, qui a°. 1470 pendentia immediate et mediata ab Ippensi sali (castella) beneficialia bona, seu feuda possidebant cum taxa et oneribus eorumdem feudorum; ex archivis ejusdem Castellanae sub Carolo Audace; quo elenco nomen nobis occurrit GEORGII FAGELII.*

2) Vid. SCHELTEMA, *Staatk. Nederl. voce FAGEL*. — Cf. etiam WICQUEFORT *Hist. des Prov. Unies* (M.S. penes ampliss. virum J. A. GROTHE, cuius liberalitati rarissimi operis usum debo) I. 18, p. 205. «Il étoit fils d'un conseiller de Justice, qui l'ait procréé d'une servante, l'avait legitimé par un subsequent mariage, avec plusieurs autres enfants, qu'il avoit eus de sa concubine.»

3) Vid. KOK, *Vaderl. Woordenboek*, nomine FAGEL.

4) Vid. SIMON V. LEEUWEN, *Batavia Illustrata*, p. 1483.

5) Vid. KOK, *Vaderl. Woordenb.* I. 1.

6) Lib. 21 p. 48 (m. s.) «Je n'aurois jamais fait, si j'entrois dans le détail de tout ce qu'il a fait pour tous ses autres parents et amis. Après ce que je viens de dire, on peut bien dire, ce me semble, que ce n'est pas pour néant que Job craint Dieu.»

Duas sorores nuptas habuit, alteram nob. GUILELMO VAN HEUKELUM, qui Noviomagi, alteram PETRO ROSAE, qui Trajecti ad Rhenum magnos honores gerebat¹⁾.

Nihil fere de pueru FAGELIO scimus: patrem mature amisit, cum ipse quintum decimum vix ageret aetatis annum (a. 1644). In Academia Rheno-Trajectina jurisprudentiae diligentem operam navavit, ubi summos petiit honores a. 1653, dissertatione defensa de *Appellationibus*, Promotore Clar. HENRICO MOREELSE, Rectore celeberrimo ANT. MATTHAEO²⁾.

Juris doctor creatus Hagam-Coinitis rediit, ubi causarum patroni munus suscepit. Nomen eius saepius nobis occurrit subscriptum variis responsis juris (adviesen), maxime civilis, mercatorii ac maritimi, quae acuminis et doctrinae non dubia sunt testimonia³⁾. Et eius praestantiam aliquid valuisse apud aquales certe ex eo patet, quod a. 1659 electus est e numero centum et trium advocatorum cum sex aliis, ut cum Senatu Supremo quereretur de illius curiae decreto, honoraria advocatorum spectante⁴⁾.

1) Vid. WAGENAAK, *Vaderl. Historie XIV.* p. 345, 347.

2) Ut patet ex Albo promotorum Academiae Rheno-Trajectinae. — Cf. LÜSCIUS, *Algemeen Hist.- Geograph.- en Geneal. Woordenboek* voce FAGEL. »De minister hadde in zijne jeugd met eene bijzondere neerstigheid, zijne studien in de regten op de Academiën voltrokken, en eenige jaren met groote lof, als advocaat voor de hoven van justitie in's Gravenhage gepraktiseerd.“ — Cf. KOÖK, *Vaderl. Woordenb.* voce.

3) Vid. VAN DEN BERG, *Nederl. Advysboek II.* p. 2, 43 sq., 219 ssq. et imprimis p. 303 seq. et p. 319, ubi eius sententia de quaestione juris privati praevaluuit, non obstante nonnullorum Professorum juris, qui contrariam tuebantur opinionem, judicio. Vid. porro III, p. 418, 454 sq. — Cf. quoque *Consulatien, Advysen en Advertissementen*, gegeven en geschreven bij verscheide treffelyke Rechtsgeleerden in Holland, etc. VI. 673. 751.

4) Vid. VAN DER KOP, *Nieuw Nederl. Advysboek*, p. 242 ssq.

Tempus, quod in hoc advocati munere gerendo degit, semper in ulteriori vitae periodo, magna cum voluptate in memoriam revocare solebat¹⁾. Neque inutile hoc tempus ei fuit: nam usui illi forensi partim tribuenda esse putamus illud acutum ingenium, in omnibus suis orationibus conspicuum, illamque eloquentem dicendi rationem, quam praeclarum ei fuisse multi affirmant²⁾.

Et certe bonum erat FAGELII consilium se eo conferendi, quo erat omnium rerum tam publicarum quam forensium sedes. Nusquam enim melior erat opportunitas Reipublicae, imprimisque Provinciae Hollandiae, internam conditionem omnemque regiminis formam cognoscendi, quam in eo loco, quo Civitatum foed. nec non Provinciae Hollandiae, in Ordinum Gener. vel Provincialium conciliis gravissima negotia quotidie agebantur.

A°. 1663 cives Harlemenses, FAGELII fama ducti, dignum

»Grieven jegens de ordonnantie van den H. Raad, op 't stuk van 't salaris der advocaten de Anno 1659, door de advocaten van dien tijd aan denzelven H. Raad overgegeven in Meij deszelven jaars 1659" de quo libello, quo dignitas ordinis advocatorum strenue vindicatur, a°. 1692 alii advocati in novo libello eidem Senatui oblato, monuerunt »hetzij dat UEd. Gr. Mog. particulierlijk gelieven te considereeren, dat onder de voorsz. zeven gecommitteerden, onder anderen zijn geweest Mts. PIETER BURGERSDIJK, REIN VAN LIMBORG ende GASPAR FAGEL, door de welke de voorsz. grieven geformeert, ende naderhand bij de andere advocaten gearresteerd zijn geworden." Ibid p. 234.

1) Cf. LUISCRIUS l. l. »Men verhaalt dat hij, raadpensionaris zijnde, nog altoos met genoegen gedacht, en sprak van den tijd zijner advocatie."

2) Cf. LUISCRIUS ibid. »De raadpensionaris was — volgens bericht van alle, die hem gekent hebben, de welsprekendste man die er ooit in 't land was: zijne harangues waren zeer krachtig en tegelijk lief-tallig en minnelijk." — Cf. BURNET, *Hist. of his own time* I. 458. »He had a copious eloquence, more popular than correct, and was fit to carry matters with a torrent in a numerous assembly."

eum existimarunt, cui Consiliarii urbani vel Syndici munus (Raad en Pensionaris) deferretur¹⁾; ad quam dignitatem plerumque illi viri vocabantur, qui non solum doctrina et sagacitate, sed imprimis qui eloquentia eminenter, cum essent ministri urbis et nomine magistratum in Senatu orare deberent, et ad Comitia sive Generalia sive Provincialia non raro delegarentur. Ita FAGELIUS ab urbe Harlemo quoque missus est in Ordinum Provinciae Hollandiae concessionem²⁾, in qua, secundum WICQUEFORTIUM mox conspicuus fuit »par les oppositions continues, qu'il formoit contre le sentiment du premier ministre (DE WITT); de sorte, que se rendant fort incommodé à tous ceux, qui sous le nom de Partisans de la liberté, empêchoient le Prince d'ORANGE de rentrer dans les emplois de ses prédecesseurs, ils n'attendaient qu'après l'occasion de l'en pouvoir faire sortir³⁾»; quod tamen non concinit cum eo, quod a°. 1668 egisse dicitur FAGELIUS. Legimus enim eum eo anno missum fuisse in Frisiā et ad Ommelandos, ut famosum illud *Edictum perpetuum* civibus illarum provinciarum suaderet.

Sed et privatorum hominum civium Harlemensium, juriū urbī, Consiliarius fuit vindicta acer, idem tamen prudens, neque pristini muneris advocati, collegarumque, quorum Hagae familiaritate utebatur, immemor. Cuius rei documentum habemus in consilio juris, quod FAGELIUS a sex advocatis petiit, in causa alicuius ADRIANI VAN LAAN⁴⁾.

1) Cf. LUISCUS I. I. »Ook is zeer waarschijnlijk dat de reputatie van zijne bequaamheid en welsprekendheid, hem genoegzaam alleen in de gunste van de magistraat van Haarlem zoo verre gebracht heeft, dat deseelve hem tot raad en pensionaris van haar stad heeft verkoozen.«

2) Vid. *Resol. v. Holland* 9 Julij 1664.

3) Cf. WICQUEFORT, I. 18, p. 206 (m. s.).

4) Cf. VAN DEN BERG, *Nederl. Advysb.* III, 737. »Op de monde-

Mortuo Ordinum Gener. Graphiaro NICOLAO RUIJSCHE a°. 1670 (d. 5 m. Nov.), successor designatus est FAGELIUS, praeceps auctoribus WITTIO et Ordinibus Hollandiae¹⁾, quod munus per duos annos gessit; nam WITTIO se munere suo abdicante et paulo post interfecto, Consiliarius Hollandiae et Westfrisiae electus est²⁾.

Cum vero de FAGELIO inde ab eius adolescentia, usque ad annum 1668, praeter ea quae retulimus, nil fere nobis innotuerit, deficientibus fontibus, utile duximus in hac nostra introductione, tantum temporum historiam, quae FAGELIUM Consiliarium proxime praecesserunt, breviter enarrare, ut eo modo de causis belli, quod a°. 1672 inter Gallos cum Anglis conjunctos et Rempublicam Belgii foed. gestum est, inquiramus.

Recte dicere possumus, ab a°. 1667 omnia mala, quae postea Rempublicam vexarunt, initium cepisse. Eo enim anno LUDOVICI consilia, Hispanorum provincias dominationi suae subjiciendi, magis magisque patefacta sunt. Metu huius invasionis triplex ictum est celebratissimum Foedus inter Anglos, Suecos et Civitates foed.; quod ipsum foedus, alta mente repostum, causa LUDOVICO fuit, cur a°. 1672 Rempublicam hostiliter aggrederetur.

Scilicet LUDOVICUS, pace Pyrenea composita, filiam pri-

linge propositie, bij den Heer en Mr. CASPARUS FAGEL, pensionaris der stad Haarlem — aan ons onderschreven godaan" eet.

1) Cf. WICQUEFORT, (m. s.) l. 18, p. 206. WAGENAAR XIII. 437 sq.

2) Postea, mortuo VAN DUVENVOORDE, Custos magni sigilli et Gubernator feidorum Hollandiae (Groot-zegelbewaarder en Stadhouder van de Leenen) creatus est; vid. KOK in voce. — Item memoratur a°. 1678 fuisse Chomarcha Rhenolandiac (Hoogheemraad van Rijnland), vid. v. LUEUWEN, *Batav. Illustrata*.

LIPPI IV Hispanorum regis, uxorem duxerat. MARIA THERESIA tamen, per instrumentum matrimonii solemni modo renuntiaverat omni juri in successionem patris, sub conditione magnae dotis (500,000 écus d'or), solvenda ab Hispania¹⁾. Hanc renuntiationem rex LUDOVICUS jurejurando confirmavit. Attamen hic jam inde ab eo tempore ambitiosum consilium cepisse videtur, fines regni extendendi et Hispanorum provincias subigendi²⁾.

Verum JOANNES WITTIUS, magnus Hollandiae et Westfrisiae Consiliarius, praeclarus Reipublicae Rector, dignus erat adversarius, qui cum potentissimo Rege collectaretur, cuius consilia ille dudum perspexerat. Etenim aº. 1664 Gallus legatus d'ESTRADES ei, proponenti ut conjunctis viribus provinciarum Belgii Hispanici incolas incitarent, ad libertatem sibi vindicandam et ut Reipublicae forma utentes liberi essent sub regis LUDOVICI et Civitatem foed. tutela³⁾), jura quae Rex haberet in eas provincias, late explicare conatus est: nimirum pax Pyrenea Regi non obstare videbatur, quia renuntiatio uxoris MARIAE THERESIAE juri naturali contraria esset, quo reginae non lieuerit sibi ipsi, vel progeniei suae detrimentum afferre, dein quod renuntiatio facta esset *sub conditione dotis*, quae nunquam soluta esset, postremo quod renuntiatio neque a Rege, neque a Regina confirmata esset in Gallia⁴⁾. Hinc salvum et intactum mansisse perhibebat

1) Vid. MIGNET, *Négociations relatives à la succession d'Espagne* I. 42, 52 ubi instrumentum matrimonii invenitur.

2) LUDOVICUS legatum suum Archiepiscopum d'EMBRUN monuit, ne apud PHILIPPUM praestandae dotis mentionem injiceret, nimirum ut deficiente conditione nulla esset MARIAE THERESIAE renuntiatio. MIGNET I. 1.

3) Vid. MIGNET I, Pars II, p. 183—290, ubi relatio eorum, quae inter LUDOVICUM et WITTIUM acta sunt, invenitur.

4) Vid. epistola Regis ad DESTRADEUM missa apud MIGNET I. 1. 224.

jus devolutionis, quod oriundum est ab antiqua consuetudine in quibusdam Belgii provinciis, e quo jure liberi e priore matrimonio ad hereditatem bonorum immobilia parentum vocabantur, exclusis liberis e secundis nuptiis natis¹⁾.

Hoc jure LUDOVICUS uti volebat, et subtili ratiocinatione persuadere conatus est, illas provincias, in quibus haec consuetudo valeret, reginae competere, cum esset filia PHILIPPI e prioribus nuptiis²⁾, dum facile unus quisque intelligebat illas provincias non esse peculiare PHILIPPI patrimonium, sed pars imperii, quod non heres, sed successor tecneat³⁾. Hisce rebus factum est, ut WITTIUS recte animum Regis jam tum temporis perspexisset⁴⁾.

Cum igitur CAROLUS II infans aº. 1665 patri successit, LUDOVICUS, contemta solemni renuntiatione, jura uxoris Reginae vi armisque tueri conatus est, et paratis magnis militum copiis, mox provincias adoptus est.

1) Vid. STOCKMANS, *Tractatus de jure devolutionis*, qui illius juris definitionem dedit: «est, inquit, vinculum quod per dissolutionem matrimonii, consuetudo injecti bonis immobilibus superstitis conjugis, ne ea ullo modo alienet, sed integra conservet eiusdem matrimonii liberis, ut in ea succedere possint, si parenti suo superfuerint vel ipsi vel qui ab ipsis nati fuerint, exclusis liberis secundi vel ulteriores thori.”

2) MIGNET, l. l. 159 sq.

3) Cf. *Dissert. Hist. Polit. de bello propter successionem Regni Hispanici gesto*; aº. 1829 publ. defensa a s. c. KLINKHAMER, Traj. ad Rhenum p. 9.

4) Scriptit BEUNINGIUS, aº. 1665. Reipublicae legatus Parisiis degens, “t Desseyn op de Spaensche Nederlanden staedt ende influert in alle raedtslagen van den Koning van Vrankryck, als een ooghmerck, met welcken alle andere sooveel doenlyck is, moeten werden overeengebracht.” — Vid. *Dissert. Hist. Polit. de legationibus a CON. BEUNINGIO gestis*, aº. 1847 Lugd. Batavorum publice defensa a Cons. H. J. VAN DER HEIM, pag. 101.

Et certe tempus LUDOVICO opportunum erat: Hispania ipsa exhausta nullo fere modo ei resistere poterat¹⁾; provinciae, quas habebat in Belgio, misera utebantur conditione, nam nulla erat pecunia in aerario, militum copia parva, plures urbes omnibus indigebant rebus necessariis ad bellum gerendum et nullae fere, exceptis quibusdam in finibus sitis, obsidionem ferre poterant²⁾.

Respublica Belgii foed. bellum gerebat cum Anglis, quod tamen medio aº. 1667 pace Bredana finitum est. In hoc bello LUDOVICUS, etiamsi foedere conjunctus esset cum Batavis, iis nullum fere auxilium tulerat, eo consilio ut exhausto utroque populo, expeditio, quam meditabatur, ei facilius procederet³⁾.

Neque omiserat LUDOVICUS ceteros Principes, quorum ditio adjacebat provinciis Hispanorum vel quorum intererat, eas Hispanorum dominationi obnoxias esse, omnibus artibus sibi conciliare. Ita Episcopos Monasteriensem et Coloniensem subsidii nomine, auro corrupit, et cum Imperatore Germaniae clandestinum foedus inuit, quo conveuerunt ut mortuo CAROLO sine prole legitima, hereditatem inter se dividarent, ita ut provinciae Belgii obtingerent Regi, haberetque Imperator Hispaniam⁴⁾.

1) Vid. MIGNET II, 126 sq. Epistola legati D'EMBRUN ad LUDOVICUM missa (2 Jun. 1667).

2) Vid. WICQUEFORT, (m. s.) 1. 16, p. 329.

3) Legatus de RUVIGNY jussus est a LUDOVICO affirmare CAROLO neque quand Elle (sa Majé. le Roi de France) a été enfin forcée par son honneur à faire une déclaration de guerre (au Roi de la Grande-Bret.) ça n'a été qu'un parchemin — sans jamais avoir voulu faire joindre ses vaisseaux à ceux des Hollandais." — Vid. DE JONGE, Gesch. v. h. Nederl. Zeezezen III. I, p. 117 sq. in ad not. — Cf. BURNET, Hist. of his own time I, p. 352.

4) Vid. MIGNET II, 325—482.

In Anglia CAROLUS Rex cum populo de justis imperii finibus certabat: Rex LUDOVICI partibus favebat, cuius dominandi cupidinem metuebant populus et parliamentum¹⁾. LUDOVICUS tamen id effecit, ut CAROLUS pacto promitteret, se intra anni spatium nulla arma suscepturum esse in favorem alterutrius belligerantium²⁾.

Non poterat quin haec LUDOVICI invasio vicinos populos quam maxime agitaret; Elector Brandenburgii, Dux Luneburgi, Sueci mox cum Civitatibus foed. egerunt, ut resisterent LUDOVICO³⁾; in primis vero Civitates foed. ipsae, licet hucusque Gallorum amicitia plerunque fructae, LUDOVICI vicinitatem metuebant, et Hispanorum provincias optimum propugnaculum duxerunt; in Anglia Comes ARLINGTON jam antea id urserat, ut Hispanis auxilium ferretur contra Gallos, quo factum est, ut tandem a^r. 1668 inter Anglos et Civitates foed. ictum sit illud inclytum foedus, quod admissis et Suecis, nomine *triplicis foederis* venit, cuius rei honor tribuendus est WITTIO⁴⁾, TEMPLIO et Comiti DOHNAE. Convenerunt

1) Vid. epistola legati de RUVIGNY ad LUDOVICUM missa 22 Sept. 1667, apud MIGNET II, 514 sq.

2) MIGNET, I. 1. 529 ssq.

3) Cf. WICQUEFORT, (m. s.) I. 16, p. 347.

4) Vid. *Resol. v. Holl.* 20 Jan. 1668. — *Secret. Resol. v. Holl.* 21 Jan. 1668. »De Raadpensionaris heeft ter vergadering gerapporteert, dat hij, op het goedtvinden van de Heeren haer H^o. M^o. gedeputeerden tot de secreete saecken, bij maniere van visite en conversatie, met den Heer TEMPLE, Extr. ord. Envoyé van den Koning v. Gr. Britt., hadde geconcipieert ende op 't papier gebracht seecker project van alliance defensive, midsgaders een project van Tractaet van mutueele verbintenis, tusschen den hooghstgemelten Koningh ende deze Staet, aen te gaen, om te mogen bekomen een seeckere en spoedige uytkomste van den oorlogh in de Spaensche Nederl.” Cf. porro *Sscr. Resol. van Holl.* 24 en 25 Jan. 1668. Vid. SIMONS: *Johan de Witt en zijn tijd* T. III, p. 16 sq.

contrahentes, partim articulis foederis publicis, partim arcanis, ut conarentur belligerantes conciliare pacemque componere conditionibus justis, vel LUDOVICUM, si recusaret pacem facere, armorum vi, terra marique cogere¹⁾.

Ita Europae aequilibrium servatum est; mox enim pax Gallos inter et Hispanos Aquisgrani conclusa est, in primis immortali opera BEUNINGI Parisiis et BEVERNINGI Aquisgrani legatorum degentium.

Non opus est ut amplis verbis iram narremus LUDOVICI; VOLTARIUS regem, dixit, quam maxime indignatum suis, quod tam exigua Respublica audax consilium cepisset victoriis eius obsistendi, quin ei legem imposuisset triumphanti: quapropter jam tum statuit rex se ulcisci²⁾.

Hocce bellum igitur magni momenti erat Reipublicae, quia ex eo suspicari licebat, quo tenderet LUDOVICI lubido, nec minoris ponderis erat Principi Arausiaco GULIELMO III: nam Edictum ita dictum perpetuum ex eo originem duxit. Cum enim Episcopus Monasterii bellum contra Rempublicam gereret, Ordines Gener. de quibusdam conferendis altioris gradus in militia muneribus egerunt. Nonnullae provinciae, praesertim Frisia et Zeelandia, summam Praefecturam (Kapitein-Generalschap) Principi deferre voluerunt. Ordines autem Hollandiae, metuentes potestatem Gubernatoris, quippe quae imprimis in illa summa Praefectura militari cerneretur, statuerunt (d. 5 m. Aug. 1667), impellente WITTIO, ut haecce duo munera, *Gubernationem* dico et *summam Praefecturam terra marique* (Kapitein-generaal,

1) MIGNET II, 549 ssq. — Cf. Dissertationes, altera de *triplice foedera defensa* ab A. MACKAY Traj. ad Rhen. 1829 — altera G. VAN HOENDORP, *de Gulielmo III*, p. 23 sq. contrarium de foederis illius laudibus sententiam tuentes.

2) VOLTAIRE, *Siecle de Louis XIV*, I, 134. Edit. Stereot.

en Admiraal-generaalschap) in posterum non aliter nisi separatim gererentur, ita ut Gubernator cuiusdam Provinciae simul summus Praefectus exercitus esse non posset, decreveruntque eodem edicto, ut in ipsa Hollandia Gubernatoris dignitas abrogaretur ¹⁾). Huius edicti non tantum strenui adjutores, sed et auctores fuisse perhibentur CASPAR FAGELIUS et AEGIDIUS (GILLES) VALKENIER, Consul Amstelodami ²⁾). Res tamen dubio non caret: consilium sane huius edicti non novum erat. Mortuo enim Mareschalco BREDERODE a^o. 1655, plures hocce militiae munus petebant, in quorum numero etiam erat GULIELMUS Princeps Nassoviae, Gouvernator Provinciarum Frisiae et Groningae. Hic autem electus erat a parte Ordinum Transsalaniae (nam dissociati erant hi Ordines), ut vices ageret GULIELMI III minoris, quem Gouvernatorem creaverunt: litibus paulo post compositis, convenerunt Ordines inter se, ut duplex illa electio GULIELMI III, item Principis Nassoviae, pro non facta haberetur: Cum vero Princeps Frisius postea munus Mareschalcii pesteret, nondum deposita dignitate quam in eum Ordines Transsalaniae antea detulerunt, factum est ut WITTII suaderet cavere, ne munera Mareschalcii et Gouvernatoris ab uno eodemque viro gererentur ³⁾.

Quocirca jam tum (a^o. 1655) existimamus, consilium

1) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 2 Julij 1667. *Resol. v. Holl.* 5 Aug. 1667.— WICQUEFORT, (m. s.) l. 16, p. 378 sq. — WAGENAAR XIII, 288 ssq.

2) Cf. oratio cuiusdam magistratus (BONTEMANTEL) habita in Senatu Amstelodami et laudata a WAGENARIO, XIV, 85. «welk (Eeuwig Edict) door den griffier FAGEL en iemand uit Amsterdam (VALKENIER) uitgevonden en den Raadpens. de WITT overdrongen was.” — Cf. WICQUEFORT, (m. s.) l. 9, p. 380. «FAGEL non content d'avoir fait supprimer un Edit qu'il avoit bâti lui même” etc.

3) Vid. WAGENAAR, XII, 416. — WICQUEFORT, (M. S.) l. 9, p. 376 ssq. AITZEMA III, 1190 sq.

WITTIO fuisse, munera Gubernatoris et Summae Praefecturae terra marique in posterum sejungere; unde cum, flagrante bello Monasterensi, nonnullae Provinciae id agerent, ut Praefectura illa deferretur Principi Arausiaco, tempus idoneum putavit, quo in Hollandia saltem Gubernatoris dignitas in perpetuum aboleretur.

Huius igitur Edicti FAGELIUS auctor non fuisse videtur, quamquam constat, eum illa occasione cum WITTIO consensisse, ejusque partibus favisse. Hoc edictum omnes Magistratus, Nobiles, Ordines jurare debuerunt: et miratus est Aitzema, quod omnium fere consensu illud jusjurandum praestitum sit; rem et genium hominum lepide explicat. »Niet weynigh, ait, waren der gesurpreeneert, dat den Eed tot mortificatie van het stadhouderschap soo promptelyk ende sonder tegenspreecken voortging; maar de reden was, dat de pluraliteyt daer zijnde, de anderen niet dorsten haer stellen tegens de plausible namen van *Liberteyt, Privilegien*. — — Het nectar autocraticum hadde oock bevangen 't geheel lichaam van de regeringh. Men bevondt dat die meest geroepen hadden om aan den Heer Prins te geven de eminentie Charges van zyne Heeren Voor-Ouders, waren gemenlyck soodane, die in de steeden haar reeckening niet vonden en onder lagen; de boven leggende swegen stil en deden wat sy wilden; alle die nu afkeerigh waren van den Eedt, vreesden uyt de Vroedschap geworpen te worden ende de blame van te willen contrarieeren de goede Vryheydt en de Privilegien van 't Vaderland, om welckers krenkinge men de wapenen hadde aengenomen tegen Spaengien. — — Voorts dacht een yeder, die in de Vroedschappen was, dat hy wel was, dat hy ondertusschen mede dronck van het nectar autocraticum. Ende 't was aut bibe aut abi¹⁾.

1) AITZEMA, *Saeken van Staet en Oorlogh* T. VI, p. 169.

Non potuit non hoc Edictum nonnullis provinciis dis-
plicere. Provinciae tamen Gelria, Trajectina et Transisa-
lania congruerunt cum Hollandia, ita ut paulo post etiam
in iis Gubernatoris dignitas abolita sit. Provinciae Zelandia,
Frisia et Ommelandi, rem aegre tulerunt. Quapropter Ordines
Generales delegatos miserunt qui edictum illud iis suadere co-
narentur. Ita in Frisiā et ad Ommelandos missi sunt PAGE-
LIUS¹), J. NIJENBURGIUS et CASPAR SCHADEUS, qui die 3 m. Martii
a°. 1668 Leovardiae in conventu Ordinum Frisiae orationem
hujus fere modi habuerunt: Ordines Generales maximopere
dolere, quod foederatae Civitates dissentirent de summis
muneribus, cum politico, tum militari disjungendis: op-
inionum diversitatem saepius lites gignere et vinculum amo-
ris, fidei et concordiae dissolvere, quae, Dei numine, Re-
publicae hactenus prosperitatem et gloriam attulissent, quae

1) Ordinibns Hollandiae res quam maxime cordi erat, quod ex eo imprimis patet, quod miserunt FAGELIUM, etiamsi non esset dele-
gatus ad Ordines Gener. Vid. *Resol. van Holland* 23 et 24 Jan. 1668.
"Is na voorgaande deliberatie goedgevonden en verstaan, dat van
weegen haer Ed. Gr. Mog., ter Generaliteit de sacke daarheenen ge-
dirigeert sal werden, ten einde bij hare Ho. Mo. tot uitvoering van
de commissien, den 17 dezer loopende maand bij dezelve gedecer-
neert, na de Prov. v. Zeeland, Vriesland en Stad en Landen, omme
de gemelde Provincien, met de andere Bondtgenooten in een en het-
zelfde sentiment te brengen, noopende de separatie van het Capitein-
en Admiraal Generaalschap van de Stadhouderschappen, — en de
introductie van den Heere Prince van Oranje in den Raad van Staate,
onder anderen gedeputeert en geimplojeert moogen werden, deselve
Heeren, die voorheeneen over hetselfe subject van wegen haer Ed. Gr. Mog.
gelyke besendingen bekleed hebben; en dat mitsdien — moge werden ge-
zonden — na de gemelde Provincie van Vrieslandt en Stad en Lan-
den, de Heer Mr. GASPAR FAGEL, Pensionaris der stad Haarlem, met
iemand van de gemelde Heeren haer Ed. Gr. Mog. ordinaris gedeputeerden
ter Generaliteit, en een of twee van de voorsz. andere Provincien, die
haer Ed. Gr. Mog., in hetgeen voorsz. is, hebben geadstipuleert."

eo magis augerentur, quo minus unusquisque foederatorum juris aequalitatem assereret¹⁾), quoque magis Societati concederet: deinde nonnullos, qui Rempublicam diligerent, clare ostendisse, summam Praefecturam terra marique non in vitam deferendam esse, cum experientia cognitum sit, fieri posse, ut ille, cui Reipublicae tuendae cura mandata esset, auctoritate in se delata abuteretur et se ipse omnium rerum dominum ficeret: talem virum eo majorem auctoritatem habere, quo per plures annos continuos dignitatem gesserit: eam ob causam Reipublicae magis commodo fore, si illud munus summae Praefecturae unius expeditionis gratia mandaretur, vel in quoddam tempus: alios tamen rectius existimasse, milites, si scirent Praefectum in tempus electum esse, non talem obedientiam praestituros esse, qualem oporteret.

Delegati porro variis aliis generis argumentis ostenderunt, quantum detrimenti Respublica caperet, collato dupli munere Gubernationis et Summae Praefecturae terra marique, in unum eundemque virum; et operae pretium esse puto, quaedam ex eorum oratione hic referre: Summam, dixerunt, Reipublicae curam esse eniti ne Libertas et Privilegia pessumdarentur, et id agere, ut certa remedia huic malo adhiberentur: jam vero Rempublicam magnopere periclitari, delata in unum virum tanta potestate, ut ei, imperii avido, facile esset negotium summa rerum potiri: eum enim politica auctoritate Gubernatoris uti posse non ad bonum publicum promovendum, sed potius in suum commodum, dum exercitum idem copiarum Praefectus in promptu haberet, quo voluntati suae vim adderet: hominem esse, qui ad illa munera vocaretur, et nihil hu-

1) »Met een inbeeldingh van evenveel rechte.“

mani alienum ab eo esse: eum adhortationibus adulatorum et assentatorum non raro incitari ut majorem sibi auctoritatem vindicaret, praetendentem causas, quas quotidie inveneret, in illa, non bene descripta, forma regiminis¹⁾: praeterea fieri posse, ut ea, quae ab Ordinibus decreta essent, ei displicerent, quibus se laesum esse existimaret, ita ut subinde parum propensus esset ad mandata exsequenda: omnia haec mala difficile caveri posse, nam etiamsi summa prudentia Ordines uterentur in eligendo quodam viro, tamen eligendum esse ex hominibus: non sufficere quod nonnulli dicere soleant confidendum et sperandum esse fore, ne hae difficultates locum obtineant, sed curandum esse in praesentia, posteritatis causa, quominus haec omnia fieri possent: Ordines Generales non latere nonnullas Provincias oculos conjicere in Principem Arausiacum; eos quoque existimare in eum, qui ex tam nobili gente natus sit, talem dignitatem conferendam esse, aetati convenientem, quali aliquando, rerum peritior factus, ad summa munera perveniret: Praefecturam vero terra marique nondum ei mandari posse, propter aetatis defectum, quia istiusmodi immaturae promotiones plerumque damno fuissent, non commodo, cum juvenis non recte verum a falso discernere posset: eumque a purpuratis incitatum, facile opinari sibi jure hocce munus competere, dum tantum favore Ordinum Gener. illud consecutus esset²⁾: eam ob causam

1) »En onder quade en gepilleerde pretexten, die in een Republiek que ligtelijck gevonden kunnen werden, hem animeeren om quansuijs ten voordeele van 't gemeenebest, soodanige veranderinge in den Staet te maecken, daerdoor sijn aansien en macht tot nadeele van den Lande vermeerderd, ende sij in haer particulier oogmerck geholpen souden werden.“

2) »Omdat.... seer waren geëxposeerd aan allerley flatteries ende

Ordines Generales decrevisse, ut Principi daretur sessio in Concilio Status, quo imbueretur rerum cum militarium tum politicarum, imprimis tributorum ac vectigalium scientia, ut politica qualitate ornatus, Concilio Status adscriptus exercitum comitari posset, quo idoneus fieret, cui aliquando summa Praefectura terra marique mandaretur¹⁾.

Eodem fere modo apud Ommelandos exposuerunt legati mala, quae a conferendis gravissimis illis muneribus in unum virum et ab electione Princeps metuerentur. Caruit vero res sperato eventu; noluerunt cum Frisiae tum Ommelandi de illa re convenire. Perfecerunt tamen ceteras res, quae iis mandatae erant; scilicet ab Ordinibus Frisiae et ab Ommelandis petere debebant, ut ratihaberentur conditio-nes foederis cum Rege Angliae icti (23 Jan.), et Tractatus navigationis cum eodem Rege (17 Febr.); praeterea ut consensum non recusarent Provinciae illae, ad exstruendas et parandas quadraginta et octo naves bellicas, et ad armanda duodecim millia militum; denique, ut praefectis militum stipendia, ab illis Provinciis debita, solverentur²⁾.

Huius legationis si non fructuosae, certe laudabiliter gestae FAGELIUS princeps suis videtur, qui eius rei relationem

adulatien, en wetende dat sij door haer eige merites tot soodaanige digniteijten of designationen niet waren geklommen, lichtelijck een impressie nemen konden, van dat deselve digniteijten aan haer met eenig regt toequamen; hetwelck dan aen d'een sijde niet anders konde causeren, als een immunitie in de deference ende het respect, dat sij aen de Hooghe Regeeringh schuldig waren voor het faveur, dat sij brijten eenigh recht, alleen uit een pure gunst te verwachten hadden, ende daerdoor sij dan van trap tot trap geïnviteerd sonden konnen werden, om haer meer en meer te dispenseren van de gehoorsaemheid."

1) Vid. AITZEMA I. 1: VI, 490.

2) Vid. AITZEMA I. 1.

exhibuit in concione Ordinum Hollandiae die 23 m.
Martii¹⁾.

Longius sit omnia enarrare, quae FAGELIUS delegatus Harleui in concione Prov. Hollandiae egit; sufficiat mentionem fecisse eorum, quae ad historiam belli a. 1672 pertinent²⁾.

BEUNINGIUS e Gallia in patriam redux, legationis relatione exhibita, mentem iratam LUDOVICI depinxit, omniaque eius consilia exposuit, Reipublicae mercatura maxime exitiosa. Adhortatus est ille ut Ordines Gener. Regem anteverterent prohibendis quibusdam in Gallia confectis mercibus, non quidem directo modo, verum oblique, ferendis legibus sumptuariis, ut eo modo animus Reipublicae lateret. Quum vero, ut id efficeretur, necesse esset ut etiam quedam merces vetarentur, quae Harleui et in aliis Provinciae Hollandiae urbibus conficerentur, hae urbes quarum interfuerunt, decreto obstiterunt³⁾. Huius negotii inquisitio mandata est delegatis Harlemensibus aliisque⁴⁾, et, secundum WICQUEFORTIUM, primas huius rei partes sustinuerunt FAGELIUS

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 23 Mars 1667. — Cf. epistola WITII ad FAGELIUM missa in appendice A.

2) Eos qui plus scire cupiant, remittimus ad acta Ordinum Hollandiae hisce locis: d. d. 15, 24 Jul. 7 Aug. 15, 16 Oct. a¹ 1663, aliis.

3) Vid. WICQUEFORT (m. s.) l. 17, p. 35. »VAN BEUNINGUE en revenant de Paris avoit fait un très véritable rapport de l'intention, que les ministres de cette Cour avoient de ruiner le commerce des habitans de ces Provinces. Pour le prévenir il vouloit qu'on défendit les étoffes et les autres manufactures de France, non directement, mais indirectement, en faisant des lois somptuaires, contre les dépenses superflues, et que pour cet effet on défendit l'usage de toutes sortes d'étoffes de soie, même les satins et les panes, qui se font à Harlem et ailleurs dans le País, mais c'est à quoi on ne put pas faire consentir les villes, qui y étaient intéressées." — Cf. dissert. s. laud. Nob. VAN DER HEIM, p. 122 ssq.

4) Vid. *Resol. v. Holl.* 11 Nov., 21 Dec. 1669.

et BEUNINGIUS¹⁾), quorum opera annis 1670 et 1671, repressiarum decreta lata sunt de portoriis augendis in vina et alias merces e Gallia in Civitates foed. introducendas²⁾.

Non nostrum est consilium, quod egregie exsecutus est celeberrimus Galliae historicus MIGNET, omnia LUDOVICI conamina et artes enarrare, quibus et CAROLUM II et Suecos ceterosque Europae Principes in suas partes trahere studuit; non nisi breviter de illis loquemur.

Ac primum quidem CAROLUS Rex dudum ad Gallorum partes inclinans, triplici foederi fere invitus subscripserat; nam Rempublicam Belgii foed. vehementer oderat, neque minus incitatus erat in ipsum WITTUM, quia asylum ei olim exsulanti recusavisset, et quia GULIELMUM affinem e majorum dignitatibus arceret, neque immemor fuit clarae illius expeditionis in Tamesin; Concilium tamen regis, quod a litteris initialibus Administrorum CLIFFORD, ARLINGTON, BUCKINGHAM, ASHLEY et LAUDERDALE nomen *Cabal* habebat, in diversas abibat sententias; ARLINGTON enim, qui antea diu in Hispania versatus erat, et uxorem duxerat Batavam, magis Hispanis et Belgis, BUCKINGHAM vero, quippe qui commercio epistolarum cum Gallis uteretur, LUDOVICO favebat. Accipiebant ceteri magna munera et beneficia a Gallorum Rege³⁾ — Variis artibus legatorum DE RUVIGNY et COLBERT DE CROISSY, nec non Ducissae AURELIANENSIS et mulieris cuiusdam DE QUEROUELLE, quae postea CAROLI amica, Ducissa creata est PORTSMOUTH, tandem a°. 1670 pactum est compositum inter

1) Vid. WICQUEFORT, (m. s.) l. 17, p. 37. — FAGELIUS in Comitiis Holl. huius negotii rationes reddidit d. 8 m. Feb. et d. 26 m. Apr. a°. 1670. — Vid. *Resol. v. Holl.* l. c.

2) Vid. *Secr. Resol. van Holl.* 1, 2 Aug. 1670.

3) Cf. MIGNET III, 9 sq. — BURNET I, 430. — ARMAND CARREL, *Histoire de la contre-revolution en Angleterre etc.* p. 130 sq.

duos illos Reges, quo convenerunt Civitates foed. aggredi terra marique; porro, ut LUDOVICUS magnam pecuniam (350,000 livr. sterl.) per annum CAROLO daret et classem mitteret; denique, ut devicta Republica Belgii foed. Anglus haberet Provinciam Zeelandiam, Princeps GULIELMUS Hollandiam, ceterasque Provincias Gallus¹⁾.

Ita quoque LUDOVICUS, nullis neglectis artificiis, Suecos, promisso magno auro, a^o. 1672 sibi adjunxit²⁾.

Quum ita undique bella pararentur, FAGELIUS, die 5 m. Nov. a^o. 1670, mortuo NICOLAO RUIJSCHE, creatus est Ordinum Gener. Graphiarius, faventibus Ordinibus Hollandiae³⁾. WICQUEFORTIUS, de hac eius promotione »ils (scil. Ordines »Holl.), inquit, lui firent venir l'envie de solliciter la charge »vacante de Greffier, la seconde de l'État et la plus lu- »cratrice de toutes, lui promettant la faveur et le suffrage »de la Province d'Hollande; — — — DE WITT y emploia ses »amis et son crédit et lui fit donner une charge, où il »lui a fait plus de mal et à l'État, qu'il n'en auroit pu

1) Vidd. quae de hoc negotio acta sunt inter CAROLUM et LUDOVICUM apud MIGNET III, p. 1—268. In instrumento huius pacti (Art. 3) dicitur bellum geri »pour mortifier l'orgueil des États Généraux.... et abattre la puissance d'une nation qui.... même a l'audace de se vouloir aujourd'hui ériger en souverain arbitre et juge des autres potentiats.”

2) Vid. MIGNET III, 365 ssq.

3) Cf. Resol. v. Holl. 5 Nov. 1670. »Verklaarende voorts de Leeden eenpariglijk de persoon van de gemelde Heere FAGEL, tot bekleeding van de voorgeroerde Charge, voor aangenaam te houden, en is derhalve goedgevonden en verstaan, dat ter Generaliteit, alle vereischte devoiren nader zullen worden aangewend, ten einde voorsz. saake aldaar nog op huijden, is het doenlijk, tot een gewenscht besluit gebragt, en den meergemelde Heere FAGEL tot bekleedinge van het voorsz. ampt bij haar Ho. Mo. geeligeert moge werden.” Cf. Resol. Gen. Stat. 5 Nov. 1670.

»faire à l'un et à l'autre, en celle d'une ville, qui même sans lui, avoit toujours été fort passionnée pour les intérêts de la maison D'ORANGE¹)."

Hocce munus Graphiarii merito censebatur inter illustiores Reipublicae dignitates, et secundo habebatur post magnum Consiliarium Hollandiae loco; complectebatur enim eum unionis Foederatorum Civitatum domestica, caue multiplicis generis, negotia, tum omnia, quae cum potestatibus exteris quotidie agebantur. Igitur quamquam magna honarario accedebant emolumenta, omnium certe Graphiarii munus erat molestissimum²).

1) Vid. WICQUEFORT (m. s.) Lib. 18, p. 206.

2) Quanti ambitus munus Graphiarii eo tempore fuerit, patet ex actis Hollandiae die 25 Aug. aº 1672, quum in Comitis Provinciae decreta sit disjunctio illius muneris (*Resol. v. Holl. 25 Aug. 1672*) »Is goedgevonden en verstaan.... dat tot het employ van den eersten Griffier particulierlijk moogen werden geaffecteert, alle saaken van handelingen en negotiatien met het gunt daارyan dependeert, en tot bevorderinge en voortsettinge van alle goede vrantschap, intelligentie en confoederatiem met uitheemsche Koningen, Princen, Potentaten en Staten eenigsints dienen kan, en tot het employ van den tweeden Griffier alle binnenlandsche saaken met het gunt daaraan dependeert; dat voorts aan den eersten Griffier mooge blijven het Tractement van vier duisend guldens jaarlijks, en de drie honderd guldens huishuur, jeegenwoordig tot het Griffiers-ampt staande, mitsgaders het gunt bij de Oost- en West-Indische Compagnien ter somme van drie honderd guldens jaarlijks althans werd betaald; en dat aan den tweeden Griffier mooge werden toegevoegt, het Tractement van twee duisend vierhonderd guldens jaarlijks, althans bij den Commis getrokken wordende, en dat alle de verder eemolumenten van de Griffie, soowel van depechegeld, als schrijfloonen, tusschen den voornoemden eersten en tweeden Griffier mogen werden verdeelt." etc. quod igitur in posterum a duobus viris agendum esset, a solo FAGELIO agebatur. — Vidd. quae attulit centum et quod excurrit annis post, aº 1790, Ordinum Gener. Graphiarius HENRICUS FAGELIUS in libello ipsis Ordinibus oblatu (quem laudat opus *Staat der Financie van de*

FAGELIUS jam paulo ante hoc tempus aliquantulum a partibus WITII deflexisse videtur, et exemplum BEUNINGII et BEVERNINGII secutus esse ¹⁾). — Nam cum ineunte hoc anno, omnibus Provinciis consentientibus separandis munieribus Gubernatoris et Praefecturae militaris, quaestio ab Ordinibus Hollandiae agitaretur, utrum Principi concederetur sessio in Concilio Status cum jure suffragii necne, FAGELIUS, teste WICQUEFORTIO, pro Principe verba fecit, allatis maxime tribus argumentis, quae GULIELMUM commendarent, scilicet amore populi, magnis bonis, et necessitudine, quae eum inter et gentes regias Europae intercederet ²⁾). Quae WICQUEFORTII narratio confirmatur eo, quod biennio post Scabinus quidam Amstelodamensis, (H. BONTEMANTEL) in oratione, qua Edicti perpetui abrogationem suadebat, de FAGELIO dixisse legitur: »Welk (Eeuwig Edict) —

Republiek;" Amsterd. 1791 T. III) »de Griffie geconsidereert als een generale Secretarie van Staat voor de zeven bondtgenoten" p. 173. »Een omslagtig en waarlijk onophoudelijk ampt" p. 190. — Acerbius quam verius WICQUEFORT (m. s.) l. 21, p. 38 sq. »Une charge où il gagnoit plus de douze mille livres par an, où il n'avoit autre peine que celle qu'il vouloit prendre et où il n'étoit, ni l'auteur, ni l'exécuteur des Résolutions des Etats."

1) De hisce celeb. duumviris ita WAGENAAR (XIII, 423): »Sommigen verzekeren dat van BRUNINGEN en BEVERNINGK, sedert eenigen tijd meer genegen waren geworden, om den Prins van Oranje te bevorderen, dan zij voorheen geweest waren."

2) Vid. WICQUEFORT (m. s.) l. 18, p. 129. »De toutes les villes il n'y avoit que celle d'Harlem, qui fut d'avis, qu'on donnât au Prince d'Or. une voix décisive. Le Pensionnaire, qui portoit la parole pour elle, étoit le même, qui en l'an 1668 avoit si fortement harangué contre le Prince, — et marquoit, qu'il y avoit trois choses, qui recommandoient extrêmement le Prince, savoir: l'affection que le peuple avoit pour lui, les grands biens, qu'il posseadoit dans le Païs et les illustres alliances, qu'il avoit au dehors." — Cf. *Resol. v. Holl.* 28 Maart et 24 Mei 1670.

»FAGEL, nog Pensionaris van Haarlem, in het jaar 1670 reeds
»had willen doen vernietigen, zo men den Prins geen be-
»slissende stem in den Raad van Staate wilde toestaan¹⁾.»

Quibus rebus moti FAGELIUS, BEUNINGIUS et BEVERNIN-
GIUS, sententiam mutaverint et WITTIUM deseruerint, non
constat: intelligebant, ni fallor, salutem patriae GULIELMO
indigere, temporibus esse cedendum, discordia ac dissen-
sionibus patriam perdi. Et sane non tolerabilis erat rerum
conditio; plebs Principi quam maxime favebat et aegerrime
Edictum perpetuum tulerat. Inde odia in magistratus WIT-
TIANOS, quae mox magna cum vi eruperunt, et causa fue-
runt caedis WITTORUM fratrum. — Quidquid sit, TEMPLIUS,
legatus Anglorum refert, FAGELIUM Principem practulisse,
quia patriae esset amantissimus, et ab eo unice salutem ex-
spectaret, in hoc rerum desperato fere statu²⁾.

WITTIUS igitur intelligens se longius populi desiderio et
amicorum monitis resistere non posse, statuit sua sponte
agere, quod alioquin vi coactus debuisset, scil. GULIELMI
promotioni favere incepit. Sed constituta certa quadam
muneris norma, omni ope curare conatus est, ne Principis
electio Reipublicae esset detrimento. Per totum fere an-
num Ordines Gener. deliberaverunt, utrum munus militaris
Praefecturae mandaretur ad tempus an in vitam. Ordines WIT-
TIO obsecuti, Principem in tempus eligere maluerunt³⁾, qui
tandem mense Febr. aⁱ. 1672 summus Praefectus creatus est⁴⁾.

1) WAGENAAR XIV, 85 sq.

2) Sir WILLIAM TEMPLE'S Works II, (*Memoirs from 1672 to 1679*) p. 263. »Whose love to his country made him a lover of the Prince, as believing it could not be saved by any other hand.»

3) Vid. *Resol. v. Holl.* 19 Jan. 1672. »Tot kennelijk wederseg-
gen van de respectieve Bondtgenooten.»

4) Vid. WAGENAAR XIII, 480 ssq. — WICQUEFORT (m. s.) I. 19,
p. 299—308.

Officii, quod ipsi committebatur, acuratius describendi cura WITTIO, BEVERNINGIO et FAGELIO mandata est¹⁾.

Ordines Gener. interea tempus non inutile egerunt. Legationes ad diversas gentes miserunt; sed vana erant conamina BEUNINGII in Anglia, cuius Rex vera sua consilia ipsi celabat, saepius ei affirmans, se triplex foedus sancte servaturum esse. Ita PETRUS GROTIUS nihil in Gallia efficere potuit ad avertendum periculum. Felicior tamen fuerat legatio BEVERNINGII in Hispania²⁾, qui indefessus erat Regiam, ciusque Consiliarios monendo et urgendo³⁾, ita ut eius imprimis opera pactum compositum sit exeunte aº. 1671, de sibi invicem ope et auxiliis ferendis. Magni enim momenti erat Hispaniae conservatio Civitatum foed., nam hisce a Gallis subactis, LUDOVICO facile foret, Hispanorum provincias subjicere.

Ita quoque Ordines Gener. mense Mayo aº. 1672 aliud ejusdem generis foedus inierunt cum Electore Brandenburgico⁴⁾.

Longum esset negotium et a proposito nostro alienum, omnes obsidiones et proelia narrare belli cum Gallis, Britannis et Episcopis Coloniensi et Monasteriensi gesti: sufficit dicere, Rempublicam paucis hebdomadibus perdidisse, quae octoginta annis sibi vindicaverat.

Principi a latere erant delegati ex Ordinibus Gener.

1) Vid. LE CLERC, *Hist. des Prov. Unies.* III, 263 — Ipsa officii norma legitur in opere Sylvii, *Vervolg op Aitzema* I, 185 sqq.

2) Vidd. eius mandata *Resol. v. Holl.* 3 Dec. 1670.

3) Vid. Epistola Archiepiscopi Tolosani DE BONSY, (aud. apud MIGNET III, 639). «L'ambassadeur de Hollande continue fortement ses instances, et tourmente fort ces gens-ci; il les tarabuste de sorte qu'ils l'appellent le perturbateur du repos public, ne les laissant ni manger, ni dormir' etc.

4). Vid. HELWING, *Gesch. des Brandenburgisch-Preussischen Staats* p. 660 sqq.

(gedeputeerden te velde) qui cum eo de optima patriam defendendi, eamque muniendi ratione agerent, vel in aliis locis summam curam militiae haberent¹⁾). Praeterea Ordines Gener. nonnullis Collegii Sociis mandarunt, ut de arcana militiae cum Princepe deliberarent (Commissie tot de secrete militaire Besoignes); hi erant imprimis Consiliarius WITTIUS, FAGELIUS et SLINGELANDTIUS. Hostibus magis magisque appropinquantibus, Ordines Hollandiae peculiarem militiae illius provinciae curam (Hollandsche Besoigne) commiserunt qui busdam delegatis ex iis urbibus, quae maxime belli periculis essent obnoxiae, unaque delegatis e Concilio Status, tandem FAGELIO et SLINGELANDTIO, quibus mandatum erat: »te overwegen — — wat tot securiteit van den Staet in het generaal, en specialyk mede van de Provincie Holland ende West-Vrieslandt in 't particulier, gedaen en in het werk gestelt soude kunnen ende behooren te worden, in cas de vyand aan den IJssel kwame door te breeken 2)."

Putabant enim omnes a tuendo flumine Isala, salutem patriae pendere. Hinc FAGELIUS fertur in castra Principis venisse cum collegis ut de custodiendo illo flumine mone-ret, et in hoc conventu ita fere orasse: »dat zy zeer wel konden begrypen de groote ongelegenheden, zoo van het verloop van de wateren van den IJssel, als van de schrik-kelyke magt van den vyand, aan de eene, ook wel considereerden den staat van het leger van hunne Ho. Mo. aan de andere zyde; maar als zy daartegen weder hunne gedachten lieten gaan op de ongemakken en schadelyke consequentien, welke onvermydelijk zouden moeten volgen op het verlaten van den IJssel en het versparren van

1) Cf. s. VAN SLINGELANDT, *Staalk. Geschriften IV*, p. 77.

2) *Resol. v. Holl. 10 Junij 1672.* — Cf. VAN WIJN XIV, p. 32 en 44.

»de militie, en als te gemoet zagen, wat generale consternatie daardoor zoude veroorzaakt worden over het geheele land, en in de harten van alle ingezetenen van dien, »dat zy noodzakelyk van advis moesten zyn, dat men den vyand aan den IJssel moest afwachten, en van Gods genade verhoopen, dat hy de regtvaardige wapenen van hunne Ho. Mo. tegen het geweld van hunne vyanden zal zeegen; dat met het verlaten van den IJssel de deuren aan alle kanten voor hen geopend werden, om tot in het hart van het land in te trekken en den geheelen Staat te verseren, — — — 't welk in allen geval het kwaadste was, 't geen men andersints te vreezen had; verzoekende de gedeput. Zyne Hoogh. dat met een onversaagd gemoed aau den vyand het hoofd wilde bieden, en zich verzeekeren, dat hunne Ho. Mo. alles zouden contribueren, wat in hun vermogen was, zoo om het leger te versterken, »als om het te voorzien van alle noodwendigheden¹⁾.”

At vero magna celeritas, qua LUDOVICUS triumphans procedebat, tantum terrorem militum et civium animis injecit, ut unusquisque stupesceret; trepidabant omnes, et suo quisque metu pericula metiebatur; vacabant in academiis auditoria, armisque cedebant togae; tabernae et fabrum officiuae claudebantur, in foro jus non dicebatur, templa supplices fere continuere non poterant²⁾; Ordines Gener. ipsi communi moerore affecti erant, nonnulli adeo lacrymas profundebant; in hac calamitate Hispanorum legatus in Ordinum Gener. convetu eos supplicavit, ne ita terrori subjacerent, quo malum darent exemplum populo, eosque monuit ut laeto prodirent vultu³⁾. Tantus erat communis angor ut Civitatum foed.

1) Vid. SCHOTEL, *Iets over Hier. van Beverningh etc.* p. 37.

2) VALKENIER, *Verwerd Europa I*, 636.

3) BURNET I, 453.

thesaurus Hagae Comitis non sine periculo esse putaretur, isque Amstelodamum translatus sit¹⁾).

Tales tantaeque difficultates humanas vires superare videbantur. Longe majus tamen Reipublicae imminebat periculum, quam ab invadentibus hostibus; nimirum plebs exclamabat se proditam esse a magistratu; discindebantur et ipse magistratus et populus mutuo odio ac dissidentia.

Unus FAGELIUS fertur non desperasse de salute, quamquam ei non contingeret Ordinibus Gener. vel Hollandiae animum addere²⁾. Narrant WITTIUM, summa moestitia afflictum, quadam nocte hora quarta ad FAGELIUM venisse, in eiusque animum omnes curas quibus premebatur effudisse, se nullum finem videre hisce calamitatibus; FAGELIUS autem respondit: Rempublicam antea majoribus periculis actam, a Deo servatam fuisse; Deum nunc quoque patriam servaturum esse, si desperationi non cederent eo temporis momento, quo forti consilio capiendo impedire possent hostes, quoniam minus ulterius procederent et Hollandiam occuparent: se de patriae salute non desperare; gubernaculum relinquendum non esse ante, quam navis fracta sit³⁾.

Quis est, qui in hisce paeclaris verbis non admiretur virtutem viri constantis, in rebus adversis animum non despondentis? Sane, mirum quantum haec fortitudo distat a judicio quod de FAGELIO tulit BURNETUS: »he had much heart, when matters went well, but had not the courage

1) Cf. VAN WIJN ad WAG. XIV, p. 30.

2) Vid. WICQUEFORT (m. s.) l. 20, p. 482. »Non obstant cela le Greffier ne voulut pas désespérer, mais trouvant seul de la raison, où il n'y avoit point, il ne put la faire comprendre, ni à l'assemblée des États Généraux, ni à celle d'Hollande.”

3) Vid. VAN WIJN ad WAGENAAR XIV, 42.

»that became a great minister, on uneasy and difficult occasion^{1).}”

Communi timori frustra obstitit FAGELIUS; Ordines Hollandiae ad Regem legatos mittere decreverunt, qui pacem precarentur^{2).} Hoc consilio communicato cum Ordinibus Gener., hi mox de illa re consenserunt, exceptis delegatis Zeelandiac, qui omni legationi mittendae fortiter resisterunt^{3).} Sed neque WITTIUS hoc Senatus-Consultum litteris mandare voluit, neque Ordinum Gener. Praeses decreto adhaerere, neque FAGELIUS ei subscribere nomen^{4).}

LUDOVICI ministri LOUVESIUS et POMPONIUS cum Civitatum foed. legatis agere noluerunt, quia non haberent mandata expressa pacis concludendae^{5).} GROTIUS redux ad ea obtinenda, in concione Hollandiae rogatus sententiam,

1) BURNET I. I., p. 458.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 14 Junii 1672.

3) Vid. VALKENIER I. I. Biji. no. 37 et 48. — *Secr. Resol. v. Holl.* 26 Junii 1672.

4) WICQUERFORT (m. s.) I. 20, p. 434. »Cette résolution, qui prostituoit indignement la réputation de l'État,..... ne passa pas sans opposition. GILBERT VAN DER HOOLCK, député de la Prov. d'Utrecht, quoique âgé de 74 ou 75 ans, y contredit avec chaleur et le President de semaine refusa de conclure. Le Greffier, qui avoit eu la complaisance d'aller voir les députés des Provinces chez eux, pour les disposer à s'accorder aux sentiments des États d'Hollande, fit difficulté de la signer: comme M. WITT, qui avoit accoutumé de mettre les Résolutions des États d'Hollande sur le papier, n'avoit pas voulu toucher à celle ci, quoiqu'on jugeat, qu'il étaoit inutile de faire le difficile, lorsqu'il falloit mettre par écrit une Résolution, qui avoit été prise sur sa conclusion.”

5) Cf. *Secr. Resol. v. Holl.* 25 Junij 1672, ubi PETR. GROTTUS legationis rationes reddidit »dat de hooghstged. Koningh als nog daerbij persisteerde, dat de conditien bij haer Ho. Mo. moesten werden gepresenteert, en dat Sijne Maj. oock niet anders verstandt te traeieren als met gevolmachtigden.”

melius esse existimavit cum hostibus agere et ita Republieam servare, quam omnia perdere incerto certamine. Ordines Hollandiae eius sententiam secuti, statuerunt apud Ordines Gener. ita rem gerere, ut GROTIUS auctoritas daretur concludendi cum rege LUDOVICO iis conditionibus, quibus posset¹⁾. Gelria de illo negotio cum Hollandia consensit; Zeelandia nulla mandata habuit; Provincia Trajectina noluit sententiam dicere; Frisia negotio obstitit, Ommelandi et Transisalani absuerunt. Attamen, urgentibus Hollandis, consultum captum est de offerendis Regi pacis conditionibus, ea mitigatione, ut verbis *in omni modo substituerent in meliori modo*²⁾.

Mirum non est, FAGELIUM huicce illegitimo Senatus-Consulto subscribere noluisse³⁾. Fertur tanta ira incensus fuisse, ut GROTIUS, in castra LUDOVICI profecturo, haec verba diceret: Patriam tuam vendere quidem potes, sed per difficile tibi erit, emtori illam tradere. GROTIUS respondentι, melius esse partem servare, quam omnia perdere, FAGELIUS, non opus est, inquit, tantam curam habere agrorum tuorum, qui enim mox sale serentur, ne progenies tua fructus percipiat⁴⁾.

Interea plebs magis magisque omnibus illis calamitatibus agitabatur, quas WITTIO eiusque amicis tribuebat, qui Prin-

1) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.*, 26 Junij 1672. »Bij resumptie gedeliberert zijnde op het rapport door den Heer DE GROOT ter vergadering van h. Ed. Gr. Mog. gedaan, is goet gevonden en verstaan, dat van wege h. Ed. Gr. Mog. de saake ter Generaliteit daarheen sal werden gedirigeert, ten eijnde aan de Heeren h. Ho. Mo. gedeputeerden naar den Koningh van Vranckrijek moge werden gegeven een ample auctorisatie ende ongelimiteerde pouvoir.“

2) Vid. WICQUEFORT, l. l. 444.

3) Vid. WICQUEFORT, l. l. 443. — WAGENAAR XIV, 55 et VAN WIJN, ad eum locum.

4) Vid. WICQUEFORT, l. l. 444.

cipis promotioni intempestive summa ope obstitissent. Quo factum est, ut primum quaedam urbes Edictum perpetuum abrogarent, postea Ordines Gener. et tandem Hollandi eum Gubernatorem proclamarent, die 4 m. Julii a^r. 1672, postquam se mutuo consensu jurejurando olim praestito liberavissent ¹⁾, auctore imprimis FAGELIO, si fides habenda WICQUEFORTIO ²⁾. Quae suprema, in CULIELMUM collata dignitas, fractis partibus WITTLANIS, viam aperuit qua et FAGELIUS per gradus velut escendens, ad munus Consiliarii Hollandiae perveniret.

1) Vidd. *Resolut. v. Holl.* 3 et 4 Julij 1672.

2) L. 9, p. 380. »Parce que FAGEL, en grand casuiste juge que les États l'Hollandaise peuvent absoudre d'un serment solemnel, que l'on a fait sous le nom et l'invocation de l'Éternel. Ensuite le même FAGEL non content d'avoir fait supprimer un Edit qu'il avoit bâti lui même, porte l'assemblée à un attentat, qui outrage toute la posterité." — WICQUEFORTIUS alio loco (l. 21, p. 17) hoc décretum memorans de FAGELIO haec adjungit. »DE GROOT, rencontrant dans la gallerie, qui sert de communication de la salle des États de Hollande avec celle des États-Génér., GASPAR FAGEL, qui a présentement la seule confidence du prince d'ORANGE, ce dernier (i. e. FAGEL) dit à l'autre: *qu'il croyoit sans doute avoir fait un coup d'État, en faisant déclarer le prince d'ORANGE Gouverneur de la Province, et pour lui, qu'il auroit souffert plutôt qu'on l'eut déchiré en mille pièces, que de consentir à cette résolution.* On savait cependant que le Prince ne se gouvernoit que par ses conseils, et que c'étoit à lui principalement que le Prince devoit sa promotion, et l'État la perte de sa liberté," Vid. v. WIJN XIV; 46 ad hunc locum.

CAPUT I.

DE REBUS A FAGELIO CONSILIARIO GESTIS USQUE AD PACEM NEOMAGENSEM.

§ 1. 1672—1674.

Eodem illo die nefasto, 20 Aug. 1672, quo caesi sunt WITTII fratres, CASPAR FAGELIUS Consiliarius creatus est Provinciae Hollandiae et Westfrisiae. Ipse JO. WITTIUS jam antea praedicaverat, se neminem FAGELIO dignorem cognoscere, qui illo munere fungeretur¹). — Inter eos, qui una cum FAGELIO hac occasione Principi commendati sunt, erant duo alii viri, qui variis gestis honoribus et officiis de patria eximie meruerant, CONRADUM BEUNINGIUM dico et HIER. BEVERNINGIUM²). Ita quoque BURGERSDYK Consiliarius Lugduno-Batavus, et RUDOLFI Roterodamensis in censum venerunt³); tulit tamen FAGELIUS omnia suffragia, et Ordines eum tanti aestimarunt, ut honorarium, quod semper sex mille florenorum fuerat, mox ad duodecim millia

1) Vid. KOK, *Vaderl. Woordenb.* in voce. — WICQUEFORT (m. s.) L. 21, p. 38 sq.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 18 et 19 Aug. 1672.

3) Vid. WICQUEFORT l. 1.

auctum sit ¹). — Officii norma, quam ab Ordinibus habuit, eadem fuit atque ea, quae a^o 1668 confecta erat in WITTII usum, ea tamen mutatione, ut res magni momenti communicare deberet cum Principe ²).

Paucis diebus post, Nobiles quoque eum Consiliarium creaverunt Equestris Ordinis ³).

In eius locum duo creati sunt Graphiarii, quorum alter erat frater HENRICUS FAGELIUS, qui Curiae Brabantinae adscriptus (Raad Ordinaris van den Raade van Brabant), im-

1) *Resol. v. Holl. 20 Aug. 1672*: »Zijnde geprocedeert tot de hegevinge van de Raadpensionarisplaatse van Holl. en Westfrieslandt — — hebben h. Ed. Gr. Mog. uit de personen, den 18 daaraanvolgende ten dien einde voorgeslagen, tot bekleedinge van de voorschreeve functie, met eenparige stemmen van alle de Leeden, geëligeert de Heer CASPAR FAGEL; — — en daarnevens in achting genomen zijnde, dat het Tractement van den Raadpensionaris, bij de instructie maar alleen wezende begroot tot ses duizend Caroli guldens in het jaar, hetselve gantsch niet geproportioneert is na het revenu, hetgeen den gemelde Heer FAGEL jegenswoordig van zijn permanent griffier-ampt profiteert is goed gevonden en verstaan, dat omme den gemelde Heere FAGEL dienthalve eenigermaate te dedommageeren, aan deselve booven de ses duizend Caroli guldens — — nog eene somme van gelijke ses duizend Caroli guldens extraordinaris sal werden toegevoegt, — — en dat in cas den gemelde Heere FAGEL de voorschreeve Raadpensionarisplaatse 't eeniger tijde quame te verlaaten, aan deselve jaarlijks sal werden uitgereikt een pensioen van vier duisent Caroli guldens, — — tot er tijd en wijle toe den gemelden Heer FAGEL, wederomme met een ander charge of bediening na sijn contentement sal weesen voorsien.”

2) Vid. *Resol. v. Holl. 19 Aug. 1672*.

3) Vid. *Resol. v. Holl. 25 Aug. 1672*: »de Raadpens. heeft in den name en van weegen de Heeren van de Ridderschap en Edelen ter Vergadering bekent gemaakt en voorgedragen, dat de gemelde Heeren van de Ridderschap goed gevonden hadden, hem Raadpens., in conformité van voorige gewoonte, mede te emplooiereen als Pensionaris van de Ridderschap en Edelen, in saaken de orde concernerende, etc.”

primis a Principe erat commendatus ¹⁾), alter vero JOHANNES SPRONSEN, vir magnae experientiae. Munus igitur Graphiarii, forsitan auctore CASPARO FAGELIO, in duas partes divisum est, ita ut fratri rerum exterarum, collegae SPRONSEN rerum internarum mandaretur cura ²⁾.

Narrat nobis WICQUEFORTIUS, nonnullos fuisse in Ordinibus Holl., qui Consiliarii munus magis ad res domesticas Provinciae restringere vellent, ita tamen, ut thesauri generalis cura alii, alii rerum politicarum et diplomaticarum totius Reipublicae committeretur, qui sub titulo *Reipublicae ab Actis (Secretaris van Staat)* mandatum ab Ordinibus Gener. acciperet; Ordines vero FAGELIUM, Principi gratum, tanti habuisse, ut munieris officia sejungere nollent ³⁾.

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 26 Aug. 1672.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 25 Aug. 1672.

3) WICQUEFORT (m. s.) l. 21, p. 39: «—— il y eut des Députés; qui jugerent que les fonctions de ce ministre, de la façon, que DE WITT les avoit exercées, étoient capables d'occuper trois hommes et des plus habiles. Que ce n'étoit pas fait d'un Conseiller-Pensionnaire que les Finances, et qu'il falloit faire pour cela un Trésorier Général, suivant l'avis de Mr. DE WITT; que pour les correspondances étrangères on pourroit créer un Secrétaire d'Etat, qui prit sa commission des États-Généraux, et que tout ce que le Conseiller-Pensionnaire pouvoit faire, c'étoit de se bien acquitter de l'administration des affaires de la Province. Mais on avoit une si grande déférence pour l'estime, que le Prince faisoit de ce nouveau ministre, qu'on avoit garde de partager avec un autre les fonctions de sa charge." — Princeps et FAGELIUS ipsi consilio novi creandi munieris Praefecti aerario favisso videntur. Vid. *Resol. v. Holl.* 7 Oct. 1673: «de Raadpensionaris heeft ter Vergaderinge voorgedraagen dat den Heere Prins VAN ORANJE geoordeelt hadde, dat het voor den Lande zeer dienstig zoude weesen, indien h. Ed. Gr. Mog. konden resolveeren tot het aanstellen van een Thesaurier Gener., in consideratie dat sijn Hoogh. daardoor te bequamer gelegenheid soude kunnen hebben, om door denselven Thesaurier te doen observeeren verscheide goede

FAGELIUS munus oblatum suscepit, modeste affirmans, sibi non esse illas animi facultates, quibus antecessor excelluisse, et quae illum, etiam si optime meritum de patria, tegere non potuissent contra populi iram: dignitatem Co siliarii invisam et odiosam esse et plebi et magistratibus, se tamen Ordinum voluntati obsecuturam¹⁾.

Non opus est ut amplius dicamus, eum ad hocce auctoritatis fastigium pervenisse tristissimis temporibus; nam non tantum hostes quinque fere Provincias sibi subjectas habebant, sed quod miserrimum erat, in plerisque urbibus Hollandiae, plebs novis studebat rebus, et multa sibi sperrabat GULIELMI promotione; ubique seditiones erant, ubique fere magistratus in invidiam et offensionem vulgi incurabant. FAGELIUS videns severitate nibil agendum fore, et metuens ne munus Gubernatoris nimis restringeretur, dum factionis Wittianae fautores magistratum in urbibus gerrent, existimavit et habita in comitiis Hollandiae oratione suasis, magistratum electionem extra ordinem esse festinandam, etiam si hocce privilegiis contrarium esset, ne multitudo jam ad iram proclivis, iis vim afferret; crudelem WITTIORUM caudem exemplo esse monens; opportunitatem quidem adesse, saeva edicta edendi; illa tamen rerum conditioni non convenire²⁾. Quapropter FAGELIUS Ordinibus

orders op het stuk van de betaalinge van 's Lands militie, te doen hooren de klagten die sijne Hoogheid daaromtrent daagelijks voorquaamen, de Capiteinen en Officieren te houden tot het presteeren van haare capitulatien en verdraagen mitsgaders tot het observeeren van de orders op het stuk van de monsteringe gesteld, en dat S. Hoogh. althans daar omtrent niet soo wel konnende doen vigilceren, vermits die voorz. saaken niet aan een, maar aan verscheide personen waren gedemandeert" etc.

1) WAGENAAR XIV, 187.

2) Vid. WAGENAAR XIV, 188, 191 (*Aanteek. van de Pens. VIVIEN en*

auctor fuit, ut Gubernatori potestas daretur »om sig in soodanige steeden, in dewelke de voorsz. diffidentie en murmuratie albereids was ontstaan, aanstoeds, en sonder af te wachten dat de saake aldaar tot eenige tumulte, disordre of confusie quaame uit te bersten, op het versoek van de Heeren Burgemeesteren en Regeerders, of van de Burgeren en Ingezeetenen van dien, of ook anderzinds *uit eigene beweginge*, te informeeren op de redenen en oorsaaken, die tot de voorsz. diffidentie en murmuratie occasie en aantlyding hadden gegeven, te laboreeren, omme de voorsz. diffidentie en murmuratie op de beste, bequaamste en discreetste maniere weg te nemen en te doen cesseren, en de gemoederen van de Heeren Burgemeesteren en Regeerders voornoemt met de voorsz. Burgeren en Ingezeetenen te consolideeren en te verheelen, de voorsz. Burgeren en Ingezeetenen aantewysen en te remonstreeren de ongelodeerdheid van de voorsz. hare diffidentie en murmuratie, en te exhorteeren tot het respect, dat sy aan haare Overigheid schuldig zyn; — — dat Zyne Hoogheid verders soude behooren te werden geauthoriseerd, om soodanige Regenten,

(HOOP van 27 Aug. 1672 mss.): »dat de verandering in de Regeeringe buitens tyds en door den Stadhouder behoorde te geschieden, omdat het volk anderszins niet te vrede zou zijn, hebbende men hier, toen het execrabelfaict aan DE WITTEN uitgevoerd werd, voorgegeven, dat de Prins te goed was, en dat men daarom 't werk verrigten moest, eer hy in den Haage kwame. Dat de voorgeslagen verandering wel aanliep tegen de gewoone orde der Regeeringe, mogende de Vroedschappen zelfs niet verlaten worden, maar dat het beter ware, dit voor eene reize door de vingeren te zien, dan af te wachten, dat het volk zelfs orde stelde: dat zync Hoogh. ongetwyfeld bescheidenlyk handelen, en de Regeeringe zoo veel in stand houden zou, als mogelyk ware: dat er stof genoeg was om scherpe Plakaaten te maken, doch dat de tyden zulks niet gehengden, zullende het volk maar hardnekking worden, zoo men 't door streng middelen dagt te verbazzen.”

» tegens de welke de voorsz. diffidentie en murmuratie meest
 » soude moogen wesen ontstaan, op de discreetste en be-
 » quaamste maniere te persuadeeren, disponeeren, en desnoods
 » te obligieren, om haar van de bedieninge van hare magis-
 » trature — — — te ontslaan, en anderen in haare plaatsen
 » aan te stellen, soo nochtans, dat hetselve soude geschieden
 » alleen voor deze reize, sonder eenige prejuditie of conse-
 » quentie voor het toekomende, en mede onvermindert en
 » sonder eenig nadeel voor het toekomende, ten aanzien van
 » de Privilegien, Vry- en Geregtigheden de voorsz. Steeden
 » in het gemeen, of in het particulier competeerende ¹⁾.”

FAGELIO itidem urgente, mense post lex oblivionis pro-
 mulgata est ²⁾.

Memoriae tamen proditum est, FAGELIUS, in urbe Har-
 lemo tanta etiamnunc auctoritate valuisse, ut ibi nullae fere
 mutationes necessariae judicatae sint ³⁾.

Sed quod plerumque fit, inter calamitates, quas civiles
 dissensiones secum ferre solent, non minimum hoc malum
 est, quod homines ignari rerum publicarum, nulloque modo
 periti, ad summas dignitates et honores perveniant; quod
 nunc quoque accidit: multi sapientissimi et honoratissimi
 cives, refert BURNETUS, qui hactenus bene magistratum

1) Vidd. *Resol. v. Holl.* 26 et 27 Aug. 1672. Cf. *Hist. Verhaal der on-
 wettige behandeling de Prov. en Stad van Utrecht aangedaan in den jaare
 1672*, 73, 74, cuius scriptor anonymus, tale judicium fert de FAGELII
 agendi ratione (p. 32) „DE WITTEN dus van kant en een creatuur
 van Z. H. tot staatsdienaar van Holl. aangesteld zijnde, kon niet an-
 ders, dan een geheele omwenteling in het generaal bestuur in dat
 gewest — — — ten gevolge hebben. — FAGEL niet minder bedacht
 zjns meesters groothed, dan zijn eigen invloed uit te breiden, raadde
 den Vorst zijn gezag onafhankelijk te maken.”

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 24 et 27 Sept. 1672.

3) Vid. WAGENAAR XIV, 202.

gerebant, vel muneribus exuebantur, vel sponte se iis abdicantes, procul a negotiis privitam vitam agebant, dum turbarum auctores actoresque, qui se amicos Principis profitebantur, licet inscientes et rerum potius suarum, quam salutis publicae studiosi, in eorum locum succedebant, quorum superbia et lubido mox civibus bilem moverunt¹⁾.

Non nostrum est consilium devastationes, incendia aliasque nefaria hostium gesta describere; Ordines Gener. veram harum rerum relationem dederunt in epistola ad Imperatorem Germaniae, anno 1673 missa: »dat de oorlog, aiunt, door den Koningh van Vranckryck op eene meer, »dan barbarische wyze wert gevoert, so met het ruineren »ende verbranden van huyzen ende dorpen ten platte lande, »als met het vermoorden van stockoude ende onweerbare »mannen ende vrouwen, mitsgaders van onnozele kinderen, die men zelfs in het yuyr heeft doen werpen, alsmede »door de vrouwen en dochteren op eene onmenschelyke »wyze te schenden ende schoffieren, soodanig dat in oorloghen onder geciviliseerde natien gevoert, daervan byna »geen exemplen syn, ende dat de ingesetenen van de platsen, door syne Maj. geoccupeert, ten alleruyterste geschat, »geschooren ende geperseculeert worden²⁾.”

Verum non obstantibus tot tantisque calamitatibus, electio GULIELMI civium animos restituit. Erat enim Principi tantus amor patriae, a majoribus veluti hereditate relictus, tantaque animi fortitudo et robur, ut non solum pulchras sibi a Gallis et Anglis oblatas conditiones indignabundus recusaret, sed etiam suo exemplo omnes ita excitaret, ut po-

1) Vid. BURNET, 1. I. 460.

2) Vid. VAN WIJN XIV p. 93.

tius extrema experiri, quam in honestam et turpem pacem sibi obtrudi mallent.

Novo igitur Consiliario ante omnia incumbebat rerum exterarum cura ac militarium et maritimorum.

Inter Principes, qui jam tum id agere inceperant ut LUDOVICO, in dies magis magisque progredienti, frena injicrent, fuit primo loco Magnus Elector Brandenburgicus: hic summa ope nitebatur, ut Imperatorem Germaniae a partibus Gallorum averteret, et ita feliciter rem gessit, ut mox cum illo (d. 23 m. Jun. 1672) pactum inierit, quo contrahentes, confirmata pace Westphalica, Pyreneas, et Aquisgranensi, invicem promittebant omnia conari, ut Belgium foed. liberrarent a copiis Episcoporum Monasteriensis et Coloniensis¹⁾. LEOPOLDUS ipse cum Republica foedus iniit Hagae Comitis de auxilio mutuo praestando²⁾.

Alia quoque foedera, illa tempestate icta, memorantur, quae FAGELIO, ratione habita eius munera, magnam partem tribuenda sunt; veluti cum Daniae Rege CHRISTIANO V (d. 20 m. Aug. 1673) auxilii et defensionis pactum factum est³⁾.

1) Vid. MIGNET IV 75—88. HELWING *Ges. des Brandenb. Preuss. Staats*, 662 ssq.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 25 Jul. 1672. Hoc pactum ratihabitum est in concione Holl. d. 25 m. Aug. 1672. Vid. *Secr. Resol.* eo die. Paulo post tamen numerus militum, qui primum fuit duodecim mille auctus est: »de Raadpens. heeft ter vergaderinge gerapporteert dat — — — het eerste, tweede en derde articol soodanigh was gecoucheert, dat »S. Maj. soude belooven de voorschreeve Troupen, die met den Heere »Churfurst souden werden geconjungeert, te brengen op sestien duisen man, en deselve voorts met soo veel meerder militie te vergrooten — — — om het volle getal van vier en twintig duisen mannen uyt te maken.“ Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 17 Sept. 1672.

3) Vid. WAGENAAR I. I. 274. — *Secr. Res. v. Holl.* 21 Sept. et 9 Dec. 1673. — Cf. DE REEDTZ *Repertoire des Traités conclus par la Couronne de Dammare p. 124.*

Ita quoque arctius foedus memoratur, cura FAGELII confectum, quod, socios deserente paulo post Electore Brandenburgico, compositum est inter Imperatorem Germaniae, Hispanorum Regem, Civitates foed. et Ducem Lotharingiae ¹⁾. Sequente anno Ordines Gener. cum Ducibus Brunsvico-Luneburgicis, nec non cum Duce Episcopo Osnabrugensi se junxerunt ²⁾. At quod majus est, FAGELIO auctore, Hispani tandem permoti sunt, ut bellum indicerent Gallis et Anglis. Postulaverat enim antea legatus EMMANUEL DE LIRA, ut Ordines Gener. ceterique foederati promitterent, provincias Belgii Hispanici eum in statum redintegrare, quo fuerant tempore pacis Pyreneae ³⁾. Adsentientibus Ordinibus Gener. compositum est foedus d. 30 m. Aug. 1673, quo non tantum convenerunt nullam pacem facere cum LUDOVICO, nisi prius restitutis omnibus terris, urbibus et locis, quae Hispani possidebant tempore pacis Pyreneae, sed etiam traditio urbis Trajecti ad Mosam promissa est, imo vero sponderunt Hispani id agere, ut separatam pacem cum Anglis efficerent ⁴⁾.

1) Vid. *Seer. Resol. v. Holl.* 27 Jul. 1673 »de Raadpens. heeft ter vergaderinge gecommuniceert seecker Tractaat, geconcipieert ende op 't papier gebracht, om tusschen den Keyzer, den Koning van Spangien, haer Ho. Mog. en den Hertogh van Lotharingen te werden aangegaan tegens de vyanden van dezen Staat.“

2) WAGENAAR, I. I. 305 sq.

3) Vidd. *Seer. Resol. v. Holl.* 17 Sept., *Resol. v. Holl.* 22 Sept. et *Seer. Resol. v. Holl.* 18 Nov. 1672.

4) Art. XVIII. »Lesdits États Génér. promettent outre cela de céder et donner à sa Maj. Catholique la ville de Maestricht avec la Comté de Vroonhoven, et tout ce qui en dépend dans le Pays d'Outremeuse. — — Mais en cas, tant par la part, que Sa Maj. prend en cette guerre, que par la suite des armes communes, on en quelque autre maniere que ce puisse être, les affaires fussent remises en un tel état, que lesdits États Génér. ne fussent pas obligés à faire leurs

FAGELIUS hisce negotiis intentus, non minorem navavit operam rebus navalibus¹⁾). Ac revera in classe hisce temporibus unice sita erat Reipublicae salus. Non levis enim erat metus, ne Angli Hollandiam vel Zeelandiam invaderent; sed praeerant navibus nostris fortissimi illi viri RUTERUS, TROMPIUS, alii, quorum res gestae aeterno splendore celebra-buntur, qui tam bene littora custodiebant, ut Angli frustra conati sint naves ad terram appellere. — Memoriae prodidit BRANDTIUS epistolam a FAGELIO ad RUTERUM, d. 30 m. Jul. 1673 missam fuisse, quae eo lectu dignior est, quia inde probatur, quantum studii ille rebus impenderet navalibus, quantaeque essent eius constantia ac pietas.

Epistola huiusmodi fere erat: »Ik ontfange soo aanstandts
»een missive van den Heere Prince VAN ORANJE — — —
»nevens welke Zijn Hoogh. my toezendt eene missive van
»eene zekere en vertrouwde handt, geschreeven uit Londen,
»den 24 van deselve maandt, meldende dat de Konink
»van Groot Britt. dessein hadde, om syne vloote wederom
»in zee te zenden, en het gevecht voor de derde maal te
»hervatten; dat syne Maj. met eenen ordre hadde gegeven
»om een goede quantiteit infanterie in klein vaartnigh te
»embarqueeren, met intentie om eene landinge te doen, en
»voorts te rooven en te branden, — — — — en wel

efforts pour procurer la Paix, lesdits États accorderont à Sa Maj. d'un commun consentement ou la dite ville de *Maestricht*, ou quelque autre de leurs États" etc. — Vid. DUMONT *Corps diplom.* T. VII. P. I. 240 ssq.

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 15 Sept., 22 Dec. 1672, 13 April, 16 Jun., 12 Jul. 1673 alia. Vidd. diversa decreta Principis Archithalassi, inter alia edictum latum d. 24 m. April 1673 de melius ornanda classe, VALKENIER *Verwerd Europa* T. II p. 148 ssq. App. p. 23. — *Groot Placaat-Boek* III 209—216.

»voornamentlyk zoo men konde omrent Scheveningen, om
 »den Haag in confusie te brengen. — — — lk zal be-
 »vzorgen dat nog van deese middagh aan alle de collegien,
 »inonderheid van de Maas en van Amsterdam geschreeven
 »magh worden, dat deselve Uw WelEd. Gestr. toezendend,
 »t geen nog zoude mogen deficieeren. Godt de Heer Al-
 »machting, die weet wat mocite wy gedaan hebben om d' En-
 »gelschen te appaiseren, en hoe geerne wy hadden ont-
 »gaan, met onse geloofsgenooten in een nieuw gevecht te
 »kommen, en die weet met hoe groten onrecht wy van
 »haar aangegrepen zyn ende vervolgh worden, hoope ik
 »dat in de dage des strydt een rechtvaardige rechter zal
 »weesen: en gelyk — — — 't voorschreeve advis, uyt
 »Engelandt geschreeve, brengt mede dat dit het laatste
 »effort is, dat men doen zal, en zoo 't zelve kan werden
 »gestuit, dat men haastelyk een vrede met Engelandt zal
 »hebben; Uw WelEd. Gestr. kan hieruit wel bevroeden,
 »dat naast den zeegen van Godt den Heere Almachting — —
 »de behoudenis van ons lieve Vaderlandt aan die van
 »'s Landts vloot hangt — — — en magh ik daarom
 »niet nalaaten Uw WelEd. Gest. te bidden, dat Uw WelEd.
 »Gestr. uyt eenige apprehensie voor landinge, 's Landts vloote
 »niet en wil verzwakken; ik zal daarvoor te lande, zoo veel
 »ordre zien te stellen, als het mogelyk zal zyn, en bidde
 »dat de goede Godt, de Heere der Heerschaaren, Uw WelEd.
 »Gestr. ende de andere Hoofden en gemeene officieren van
 »de vloote, ende hoofden van haar alle kroonen met eene
 »victorie over onze onrechtvaardige vyanden, en dat wy
 »den anderen, in goede lichaamelyke gezondheid ontmoe-
 »tende 't geluk moogen hebben om aan de goede conduitte,
 »beleidt, ende mannelijke dapperheid, van Uw WelEd.
 »Gestr. en van de andere hoofden ende officieren, naast

»Gods genade, dank te weeten de behoudenisse van ons lieve Vaderlandt¹).”

Hac epistola, nec non iis, eadem mente conscriptis ab Ordinibus Gen. et Principe, animus militum et nautarum quam maxime auctus est²). Neque haec FAGELIO sufficiabant, qui jussu Ordinum se ipse in classem, quae stabat prope pagum Scheveningen, contulit, ibique in Concilio nautico orationem habuit, qua periculum ostendit, quo versatur mercatoria classis ex India Orientali rediens et quanti interesset eam conservare, cum divitias veheret, quae huic omnium rerum inopiae succurrerent³). Adeoque vehementer praefectos aliosque duces illos navales allocutus est, ut fere omnes sententiam tulerint, configendum esse cum Anglis et Gallis, ut vacuum esset mare hostibus, quo factum est, ut pugna navalii commissa, naves illae securae et incolumes redierint.

Neque minus FAGELIUS incumbebat in res militares terra benerendas, Ordinum delegatos ad exercitum (gedeputeerden te velde) et copiarum praefectos sive pecunia, sive consiliis ac continuo epistolarum commercio instruens, tum vero hostes, quantum posset, detrimentis afficiens, vel iis impedimenta omnis generis parando⁴).

1) Vid. BRANDT *Leven van de Ruyter* p. 839.— DE JONGE *Gesch. v. h. Nederl. Zeewezen*, T. III, P. I. p. 278 ssq.

2) Vid. BRANDT 1. I. p. 842 sq. — DE JONGE I. I.

3) Ibidem. — Vid. *Resol. v. Holl.* 9 et 11 Aug. 1673.

4) Vid. inter alia *Resol. v. Holl.* 18 Nov. 1672: »de Raadpens. heeft ter Vergaderinge bekent gemaakt, dat hem Raadpensionaris voorgekomen was, dat binnen de prov. van Utrecht by de jeegenswoordige tydgelegenheid, schaarsheid van Buspulver gevonden werde, en dat dientvolgende zeer noodig was, voor te koomen, dat geen Buspulver aan de vyanden van desen Staat toegevoert sonde mogen werden.” Vid. *Secr. Res.* 25 Nov. 1672: »de Raadpens. heeft gecommunieert seecker

Itaque prudentia et vigilantia **FACELI**, nec non fortitudine **GULIELMI** et rebus feliciter ab eo gestis, factum est, ut sensim paulatimque jam ante exitum a. 1673, hostes e devictis Provinciis decadere cogerenter, totaque mutata sit rerum facies ¹⁾.

Interea Sueci, quamquam cum Gallis sociati, nimiam **LUDOVICI** armorum prosperitatem verebantur, ita ut declararent se numquam passuros esse, Gallos Rempublicam Batavam perdere, sufficere dicentes ejus auctoritatem et vires esse fractas ²⁾. Merito enim metuebant, ne alioquin eorum navigatio, quae magna illis intercedebat cum Batavis, presumdaretur. Huic bello igitur suis commodis contrario finem imponere cupientes, se belligerantibus Mediatores obtulerunt. Designata est urbs **Colonia Agrippina**, in qua de pacis conditionibus ageretur.

Propositae sunt mox induciae, quas omnes partes quidem desiderabant, nolebant tamen Ordines Gener. eas inire in tres menses, quia temporis spatium brevius esset, quam quo impensis bellicis parcere possent ³⁾, auctore imprimis Principe, qui inducias nisi in annum dissuadebat et in concione Hollandiae, vacillantibus nonnullis, sententiam suam copiose exposuit ⁴⁾.

advis —— houdende dat metten eersten nog ses honderd voor Hoy —— na Utrecht stonden gebragt te werden, met byvoeging, dat ingevalle van dese zyde het voorschreeve Hoy, mitsgaders den Turf, aldaar zynde, wierde weghgehaalt, de Franschen alsdan binnen Utrecht geen Hooy of Turf meer souden weeten te bekoomen, ende by gevolge meede haare paarden niet konden voeden" etc. — Vidd. *Resol. v. Holl.* 15, 20, 26 Dec. 1672, 14 Febr., 8 Maart, 16 Junij, 19 Julij 1673, alia.

1) Vid. *WAGENAAR* I. l. 280.

2) Vid. *MIGNET* IV, 273.

3) Vid. *Sscr. Resol. v. Holl.* 12 Jan. 1673.

4) Vid. *WAGENAAR* I. l. 247. — *Sscr. Resol. v. Holl.* 29 Maart 1673. — Princeps jam ineunte hoc anno consilium habuisse videtur, quemdam

Missi sunt Coloniam BEVERNINGIUS, ODYKIIUS, VAN HAREN et
YSBRANDTIUS legati¹⁾. Huius rei cura FAGELIO, interea Ha-
gae degenti, imprimis commissa erat²⁾. Cuius prudentiae
certe tribuendum est, quod Ordines Gener. illis tempori-
bus, quamquam belli periculis fatigati, non turpem pacem
fecerint³⁾. Intolerabiles enim erant Gallorum et Anglo-

in Angliam mittere, qui de induciis ageret, »voor den tyd van een jaer,
»ooste vroeger, is 't doenlyck, en te dien eynde uyt te looven ende
»spenderen een miljoen guldens" etc. Hoc documentum amplissimus
DE JONGE e gentis FAGELII arcanis depromsitus. Instrumentum manda-
torum, quae hanc in rem accepit is, qui in Angliam mittebatur, cor-
rectum est manu FAGELII. Vid. DE JONGE Op. c. T. IV, P. I, p.
59 in notis.

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 28 Maart 1673.

2) *Secr. Res. v. Holl.* 13 April 1673: »Is goedgevonden en verstaan
dat van weegen h. Ed. Gr. Mog. de saake ter Generaliteit daarheenen
sal werden gedirigeert, ten cynde door eenige Heeren uyt de respec-
tive Provincien daartoe te deputeerden, met den Heere Prince v.
ORANJE, alsmede met de Heeren Plenipotentiariissen, — — — by
forme van deliberatie ende beraadslagingen mag werden overleyt ende
overwoogen, op wat wyse ende maniere, ende op wat conditien de
voorschreeve onderhandelinge draaghelyck ofte ondragelyck, ende sulks
voortgeset ofte afgewezen souden kunnen ofte moeten werden; — — —
ende dat daartoe van wegen dese Provincie ter Gener. sullen werden
voorgedragen den Heere v. BEUNINGEN, met de Raadpensionaris; dat
voorts om de saaken van de voorsch. vredehandelingen ten aanzien van
h. Ed. Gr. Mog. ten besten te helpen beleiden, een Heer uit de Orde
der Ridderschap, mitsgaders uyt yeder van de respective steden sal
werden gecommitteert, — — — om gedurende de voorschreve onder-
handelinge continuelyck en altoos alhier in den Haag present te syn,
op de saken van de voorsch. vredehandelinge met den Hooghgem Heere
Prince v. ORANJE te delibereeren, den voornoemden Heer v. BEUNINGEN
ende den Raadpens. met raadt ende daad te assisteeren ende by te staan"
etc. v. WIJN ad WAGEN. XIV p. 252, 253.

3) Vid. epistola missa Amstelodamo ad Gallos apud MIGNET IV,
149 spq.

rum postulationes; nam non tantum permagnam territorii partem, sed gravem admodum bellicarum impensarum restitutionem exigebant¹⁾.

Hae deliberationes vero Colonienses vanae fuerunt et mox, facta separata pace cum Anglis, ruptae sunt.

CAROLUS scilicet, Rex Britannicus ut supra diximus, bellum suscepérat contra populi voluntatem, in ejus odium et invidiam pervenerat, lato illo Edicto Tolerationis, quo Romano-Catholicis plus nimio faveret. Impetratis magnis a Parlamento subsidiis, odiosum quidem illud edictum mox abrogatum est, in eiusque locum latum edictum fidei (bill of test), ex cuius vi omnes, qui muneribus fungi vellent, religionis Reformatae cultum publice profiteri deberent. Sensim paulatimque tamen Angli bello Batavo resistere incepérunt, et Regem ad pacem faciendam adigere. Ipsum CAROLUM belli sic taedebat, ut a Civitatibus foed. pacem obliqua via petierit, per Hispanorum legatum DEL FRESNO²⁾.

FAGELIUS, huius rei certior factus, Ordinibus Hollandiae communicavit »dat verscheyde particuliere brieven jongst uyt Engelandt aangekomen, waren mede brengende, dat haar Ho. Mo. saken aan het Hof van Engelandt soo quaelyck niet en stonden, als by sommige wel wierde voorgegeven, ende dat mogelyck met succes iets onder de handt soude kunnen werden genegotieert, indien deselve sigh van een getrouw ende habil Persoon aldaar konden laten bedienen³⁾.»

1) Vidd. *Secr. Resol. v. Holl.* 18 April, 9 Julii, 27 Juli, 18 Sept. 1673 alia. Vid. MIGNET IV, 141 ssq.

2) Vid. TEMPLE *Memoirs* 250. — BURNET Op. cit. I, p. 513: »So Lord ARLINGTON pressed the Spanish ministers to prevail with the States and the Prince of ORANGE, to get a proposition for a peace to be set on foot.”

3) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 24 Maart 1673.

Ordines Gener. mox epistolam submissam ad Regem Britanniae miserunt, qua, expositis omnibus modis, quibus bellum vel prohibere, vel inchoato finem imponere conati essent, de iusta Regis agendi ratione copiose quesiti sunt: »Wy hebben, ajunt, niet te min met groote bedroefdheid gesien, dat alle dese redenen even swak syn geweest, en dat uwe Maj. door geenderhande motieven, heeft kunnen werden bewoogen, om yets van syn eerste rigeur aftenstaan, sulks dat men in plaatse van een favorabel antwoord op onse gedaane ouvertures, ons tot Keulen verklaart heeft, dat er geen vrede te hopen was, tenzy wy niet alleen aan uwe Maj'. en den Koningh van Vrankryk, maar ook aan den Keurvorst van Keulen en aan den Bisschop van Munster inwilligden conditien, die men noyl van een vry volk heeft gevergt, en die soo weinig tot articulen van vrede kunnen werden voorgesteld, dat ze niet anders mede brennen als een absolute conqueste van den Staat, ende subversie van de Christelyke Gereformeerde Religie, daarvan uwe Maj' en de Koningen desselfs Doorluchtigste Predecessours, altijd geweest zijn de meeste stat ende beschermers, en die ook met eenen met sich sleepten niet alleen onze totale ruine, maar ook die van de Spaansche Nederlanden 1).”

Ut supra jam diximus, spouderant Hispani foederae^a. 1673 arcanis articulis id agere, ut separatam efficerent pacem cum Rege Angliae. Hisce itaque mediantibus, ineunte anno sequente d. 19 m. Feb., Ordines Gener., data Hispanornm legato DEL FRESNO potestate, pacem cum Anglis composuerunt, de qua pulchre celeb. KLUIT: »Quae, ait, causae Regem Angliae ad subitam hanc pacem, pau-

1) Vid. VALKENIER Op. laud. II p. 745 ssq.

»cas inter horas conclusam , sancte deinde servatam et
 »novo commercii foedere eodem anno constabilitam, im-
 »pulerint, dissentient scriptores. An ex Belgii turpiter af-
 »flicti commiseratione? ex metu incrementis nimium Gal-
 »lorum potentiae? ex insigni mercaturae cum Belgis decre-
 »mento? ex populi Britannici et Parlamenti refragantibus
 »impulso? an ex favore WILHELMI III, qui post rescissum
 »edictum perpetuum a°. 1667, in proavorum dignitatem re-
 »stitutus? an multae simul causae concurrerunt¹⁾?" Quid-
 quid sit, inter huius pacti conditiones indigna erat lex, qua
 Ordines Generales expressis verbis (art. IV) »debite ex
 »sua parte *jus agnoscentes* Seren. Dom. Magnae Britanniae
 »Regis ut vexillo suo in maribus — — — *honos habe-
 »tur, declarant", se vexillum et summum aplustre submis-
 »suros esse, Anglicis navibus obviam venientes²⁾.*

§ 2. 1674—1678.

Ita pax composita est cum Anglis. — Paulo ante, magnis animis agitata est ac sopita quaestio Juris Publici, quam cognoscere non inopportunum est, imprimis cum FAGELIUS in ea dirimenda primarias habuisse partes dicatur.

Quum enim hostes Provincias Gelriam, Transisalanam et Trajectinam a°. 1672 invasissent et occupassent, Ordines Generales, itemque Hollandiae saluti patriae conveniens esse judicaverant »ten eynde de gedeputeerden van de Pro-
 »vincien Gelderlandt, Utrecht en Overyssel by provisie, en
 »op de cielste en op de bescheydenste manier van de

1) Vid. KLUIT, *Hist. fed. Belg. fed.*, I, 211 sqq.

2) Vid. DUMONT, *Corps Diplom.* VII, I. p. 253. — *Secr. Resol. v.
 Holl.* 2 Maart 1674. — Cf. G. R. BOER *Diss. Jur. Gent.* de dominio
gentium aquatico, p. 54. sqq.

» sessie aldaer (ter Generaliteit) mitsgaders ook in de Genera-
» raliteits Collegien mogen werden geexcuseert ¹⁾”

Et erat hoc justum, nam regiones illae devictae desin-
bant esse Civitates Unione foederatae cum ceteris; sed ex-
pulsis Gallis ceterisque hostibus, non tantum in Unionis
Societatem jure postliminii redire potuerunt, sed quaque in
suo territorio jus summi imperii exercere. Non ita opini-
nati sunt Ordines cum Generales, tum vero Hollandiae.
Nam accepta epistola ab Ordinibus Trajectinis, qua hi nun-
tiabant, Gallos discessisse, quaque petebant ut locum, quo
antea gavisi essent in Foederatorum consessu, recuperarent,
Hollandi mox decreverunt: »dat van wegen haar Ed. Gr.
»Mog. de saake ter Generaliteyt daarheen sal worden
»gedirigeert, — — — dat naer de Stadt Utrecht aanstondts
»en sonder eenige tydtverlies, gesonden moogen werden
»eenige Heeren Gecommitteerde uyt haar Ho. Mo. Ver-
»gaderinge, omme by provisie ende tot dat, gehoort het
»advis van hooghgem. S. Hoogheyt, naader sal weesen ge-
»disponeert, aldaar door alle minnelycke officien en per-
»suasien, ende is 't noodt, oock door krachtige en effica-
»cieuse middelen te besorgen, dat — — — moogen ces-
»seeren en ophouden alle Vergaderingen van Staten, Geë-
»ligeerden, Ridderschap, Burgermeesteren, Scheepenen,
»Vroedtschappen, Hof van Justitie en andere diergelycke ²⁾.“
Hoc igitur decreto, uti et illo, quod (18 Nov. 1673) Or-
dines Generales tulerant, spretum est postliminii jus, se-
cundum quod Provinciae Trajectina, Gelria et Transisalania
in pristinum statum redire debebant ³⁾.

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 4 Aug. 1672.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 24 Nov. 1673. — v. D. WATER, *Groot Utrechts Placaat-boek I*, p. 111 ssq. — Vid. *Hist. verhael saepius laud.* p. 36.

3) Vid. BYNKERSHOEK, *Quaest. j. publ. L. I, C. XVI.* 115, ssq. — Vid.

Eodem die, quo Galli Trajectum deseruerant, milites Batavi urbem ingressi sunt, duce Comite DE HORNES, cui eodem decreto Ordinum Gener. supra laudato (18 Nov.) expressis verbis mandatum erat, »dat hy de gemelde Heeren haer Ho. Mo. gedeputeerden in de executie van hetgeen voorsz. »is, de behulpzame, en is 't nood, *de sterke hand op het allervigoreuste sal geven* ¹⁾.» Huic intranti quinquaginta octo viri libellum obtulerunt de novis creandis magistratibus. Et erat imprimis hic libellus, quo Ordines Hollandiae itemque Generales usi sunt, veluti populi Trajectini votis ac clamore.

Inter delegatos FAGELIUS quoque missus est ²⁾, qui ad Ordines hanc orationem habuit :

»Dat de Regeering hadde te beloven van hare functien
»en bedieningen te desisteren tot nader order, fundeerende
»dat versoek op het articul van hun accoord met Vrank-
»ryk, by 't welke de Regeeringe by Zyne Maj. continuatie
»en maintien in hare respectieve bedieninge hadde geob-
»tineerd, uit kracht van welk articul de Vroedschap, in
»hare functie zittende, op dien voet niet gevoeglyk gecon-
»tinuerd konde worden, en dus dat by provisie en tot
»anders by haar Ho. Mo., naar voorgaande advis van Zyne
»Hoogh., zoude worden gedisponeerd, cesseeren en ophou-
»den zouden alle functien en bedieningen van de Regee-
»ring, van Politie en Justitie, onvermindert en zonder pre-
»juditie van privilegien en voorregten, die aan de Provincie
»en ingeseetenen van dien in 't gemeen, en aan de Stad

epistola ampliss. HENR. VAN MEERKERK ad delegatos Ordinum Gener. , in *historisch verhaal*. App. p. 135.

1) Vid. *Res. v. de Gen. Stat.* 18 Nov. 1673, laud. in opusculo *histo- risch verhaal*, App. Litt. A, 3.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 24 Nov. 1673.

»en ingeseetenen van dien in 't byzonder, zouden mogen
»toebehooren;” addita quoque hac ratione »dat het voorsz.
»cesseeren van de functien maar voor een korten tyd van
»dagen zoude duuren 1).”

Huic orationi similis epistola ad absentes magistratus missa est ab Ordinum Generalium delegatis, qua rationes, quibus ducerentur, copiose exposuerunt 2). FAGELIUS, rebus ibi qualicunque modo constitutis, Hagae Comitis negotii gesti relationem exhibuit in concione Hollandiae 3).

Porro deliberatum est de eo, an Provincia Trajectina iterum in foederis societatem reciperetur? an Hollandia quamdam eius territorii partem sibi vindicaret? vel quo loco sederent in Generali conventu delegati Trajectini? — Cui opinioni FAGELIUS faverit, mihi non satis liquet. Praevaluit Principis mitior sententia, Provinciam Trajeetinam, non nisi summa injuria foedere excludi; Hollandiae non licere eis partem quamdam sibi arrogare 4). Mox libello, a quinquaginta civibus Trajectensibus duci nornio oblato,

1) Vid. *Hist. verh.* p. 50.

2) Haec epistola, cum pro certo habeamus eius auctorem fuisse FAGELIUM, in appendice exhibita est, Litt. B. — WICQUEFORT (m. s.) L. 22, p. 128, de hac epistola loquens: «sur quoi, ait, il y a à remarquer, que c'étoit de la plume du Conseiller-Pensionnaire FAGEL que les Députés s'étoient servis dans cette lettre, que c'étoit lui, qui donnaoit la forme aux Résolutions des États d'Hollande, aussi bien qu'à celles des États Génér. en soutenant l'esprit, et en conduisant la main de leur Greffier, son frère.”

3) Vid. WAGENAAR XIV, 310, sq. qui h. l. laudat, *Aanteek. van den Pens. hop.*

4) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 23 Jan. et 2 Febr. 1674. — Vid. WICQUEFORT (m. s.) L. 23, p. 128.... «on ne peut voir sans étonnement dans les Régistres des États Génér. du 29 Jan. 1674, que le Prince d'ORANGEavoit dit à FAGEL, que puisque la Prov. d'Utrecht avoit été livrée de la domination d'un Prince étranger,” cet.

utentes Ordines Hollandiae censuerunt, deferendam esse
 GULIELMO amplissimam, auctoritatem, »om van nu af in de
 »hooghgemelde Provincie van Utrecht, mitsgaders in de
 »steeden en plaatsen van Gelderland en Overyssel, by de
 »Unie gekomen, mitsgaders in de steeden en plaatsen van
 »dien, soo haast die meede onder de magt van de Unie
 »gekoomen zullen zyu, diegeenen, die de Regeeringe in
 »de hooghgemelde Provincien of in de steeden van dien
 »hebben gecomposeert of eenige ampten, hetzy van Policie,
 »Justitie of anderen hebben geexerceert of bekleed, in de
 »functie van de voorsz. haare ampten te continueeren, te
 »herstellen of ook daarvan te verlaaten, en soodanige ande-
 »ren in haare plaatsen te stellen, als S. Hoogh, oordeelen
 »sal, daartoe de bequaamste, capabelste en den Lande
 »meest geaffectioneert te wezen.”¹⁾.

Quibus decretis Frisiae et Ommelandi paululum reluctati sunt; quapropter missa est epistola ad illos, qua misera rerum conditio depicta est vivis coloribus; quae epistola, teste WICQUEFORTIO, itidem a FAGELIO profecta esse videtur^{2).} Qua factum est, ut tandem Ordines Gener. die 20 April. a. 1674 deferrent Principi illam, quam res postularet, auctoritatem, et Provinciae illae, imperio aliquantum minuto ac gradu, reciperentur in foederis societatem.

Hoc deeretur dupli laborabat vitio; nam ab una parte eo statuae sunt conditiones, quibus Provinciae redirent in gratiam cum sociis, et ab altera parte, Ordines Gener. sibi arrogarunt summum imperium, tribuentes Principi fa-

1) Vidd. *Resol. v. Holl.* 3 et 13 Febr. 1674.

2) WICQUEFORT (m. s.) l. 23, p. 130. «Cette lettre étoit encore du style et de la façon de CASPAR FAGEL, qui étoit celui qui avoit le plus conseillé l'interregne et qui s'étoit fait commettre pour l'établir sur le lieu” etc. Vid. epistola in appendice litt. C.

cultatem mutandi magistratum; nam nemo est, qui ignoret, hanc auctoritatem nonnisi ipsis Ordinibus Provinciarum competuisse. WAGENARIUS rem narrans: »ook dagt men »mogelyk,” inquit, »in Holland, dat de nieuwe regeering »van 't Stigt ligter, dan de geschorste, bewilligen zou in »de voorwaarden, op welken men de Provincie wederom »wilde aannemen in 't Verbond ¹⁾.”

Quidquid sit, Princeps interea hocce decreto munitus, Trajectum ad Rhenum profectus, ibi mox nonnullos veteres magistratus a muneribus movit, novosque in eorum locum creavit, in quorum numero plures erant, qui vel numquam antea magistratum gessissent, vel cum Consiliario FAGELIO sanguinis affinitate, aut aliis modis conjuncti essent ²⁾. Praeterea famosam illam tulit legem de ordinando regimine Provinciae et Urbis Trajectinae (Reglement over de Regeering der Provintie van Utrecht), quae FAGELIUM auctorem habuit ³⁾, et cuius hie erat tenor: »de Regering dezer Provincie als van ouds soude blyven bestaan in drie Leden,

1) WAGENAAR I. I. 325.

2) Auctor anonymi opusculi *hist. verhaal* eos in Appendix, p. 174, enumerans, de hisce, »de meesten, ait, dan waaren Predikantszoons of handeldrijvende ingesetenen, wier naamen nimmer op Utrechts achtbaare Regeerings Rolle gestaan hadden, en hunne verheffing of aan hunne laage denkenswijze, of aan den invloed van sommige Regenten te danken hadden.” Inter eos erat PETR. ROSA, SOTORIS FAGELII maritus; practerea [memoratur JONATH. V. LUCHTENBURG, cum cuins uxore FAGELIUS consuetudinem stupri habuisse ferebatnr. — Vid. quoque WICQUEFORT I. I. 132: »Il donna la Charge de secrétaire des États à un homme, dont la soeur avoit autrefois servi au divertissement du Conseiller-Pens de Hollande.”

3) Vid. *Grondige herstelling van Nederl. Staatswezen*, T. I, p. 114: »CASPAR FAGEL — — — die zich bezig hield met het ontwerpen van het berucht Reglement, waarvan het oorspronkelijk door hem zelve geschreven, nog vorhanden is.”

» de Geëligeerde Raaden, de Edelen en Ridderschappen,
 » mitsgaders Stad en Steeden; dat de Geëligeerde Raaden
 » nu by S. Hoogh. aangestelt, en die in 't toekomende aan-
 » gestelt wierden, haar bediening drie achtereenvolgende
 » jaaren souden bekleeden, — — — alle dewelke of
 » eenigen van dien hy, (de Stadhouder) zoude mogen con-
 » tinueeren voor gelycke drie jaaren, of ook andere in hunne
 » plaatsen stellen, of die verkiezen uit het geheele ligchaam
 » der Proosten, Dekens en Kanonikken der 5 Capittelen,
 » zonder eenige *nominatie* of *contradictie*. — — — Dat
 » de Stadhouder zou hebben de begeevig van de Proost-
 » dyn, als die vaceerden, zonder eenige *nominatie* of *con-*
 » *tradictie*; dat hy ook de *vrye dispositie* van alle de Cano-
 » nesyen zoude hebben, die in de ses Staaten-maanden va-
 » ceerden: dat de Decanyen en Canonesyen der 5 Capitte-
 » len, niet verhandelt souden moogen werden, dan met goed-
 » vinden van den Stadhouder; dat de Stadhouder een *vrye*
 » *dispositie* over de inkomsten van alle de vicaryen zoude
 » hebben, dependeerende van de Proosten, Dekens en 5
 » Capittelen, zoo haast die vaceerden: dewelken dan hier-
 » over een Rentmeester stellen zoude, om dese inkomsten
 » uyt te keeren aan arme predikanten, haare weduwen, of
 » diergelyke pieuse saaken in de Provincie; dat vastgestelt
 » wierd, — — — dat de Stadhouder, *als hy goed vond*, de
 » Ridderschap door beschryving te vermeerderen, daarin ab-
 » solut zou mogen beschryven, die by allerbequaamst oor-
 » deelde; — — — dat 8 dagen voor de verkiezing by de
 » magistraat der stad en respective steden, nominatie van
 » een dubbel getal soude worden gedaan en aan den Stad-
 » houder gesonden, om by denselven daaruit Burgermees-
 » teren en Scheepen verkoozen te werden; — — — dat de
 » Stadhouder, *sonder eenige nominatie*, de Schouten, Hoofd-

» officieren van de respective Steeden , en Maarschalken
 » der respective Quartieren sal kiezen ; — — — dat hy
 » mede sonder nominatie of contradictie den Secretaris der
 » Provincie soude aanstellen ; — — — dat ten aanzien van
 » de deputatie in de Vergadering van de Heeren Staaten
 » Generaal , de Raad van Staaten , Collegien ter Admirali-
 » teyt , Generaliteyts Rekenkamer , of andere Collegien of So-
 » cieteyten van de Generaliteyt , onder de Leden van de
 » Provincie geobserveerd sullen werden de tourbeurten
 » voor ses jaaren , en dat het Lidt wiens tourbeurt het is ,
 » de Persoon , daartoe te committeeren , aan den Stadhout-
 » der soude moeten presenteeren , die het dan vry soude
 » staan te verklaaren of deselve hem aangenaam of on-
 » aangenaam is , zonder dat daar van reden behoefde te
 » geren ¹⁾.”

Hanc legem paulo amplius descripsimus , quia inde explicari potest , quare Provincia Trajectina in posterum semper partibus Principis faverit .

Ita quoque FAGELIUS similium legum conditor fuit , quas Princeps paulo post in Gelriam et Transisalaniam , FAGELIO comitante , prosector , ibi pertulit , quaeque in his regionibus eius auctoritatem , uti et illam gentis Arausiaca seculo post , delata GULIELMO IV ejusque liberis potestate hereditaria , stabiliverunt ²⁾.

1) Vid. haec lex apud VALKENIER o. I. II, Append. p. 92. — Cf. *Grondwettige herstelling van het Nederl. Staatsbest.* I, 116 ssq.

2) Vidd. WAGENAAR XIV, 358 sq. — VAN HATTUM, *Gesch. van Zwolle* IV, p. 87 sq. — De harum Provinciarum admissione uberrime et egregie scripsit G. VAN HEECKEREN TOT KELL , *Dissert. Hist. jur. de jure , quo Gelriae , Trajecti et Transisalaniae regiones , postquam a. 1672 ab hoste fuerant occupatae , in antiquum foedus recipi debuissent.* Traj. ad Rhenum a. 1839. — Cf. et J. J. TEDING VAN BERKHOUT , *Dissert.*

Dum haec agebantur, apud Ordines Hollandiae de defenda GULIELMI III potestate hereditaria deliberabatur. Suspicari licet, illud FAGELIO esse tribuendum¹⁾). Delegati enim Harlemenses, in quorum urbe magna florebat auctoritate, in comitiis Hollandiae d. 23 m. Jan. 1674 ita fere locuti sunt: »dat de Heeren Burgermeesteren en Vroedschap der selver stad, aandagtelyk hebbende geconsidereert den staat »en constitutie van de Regeeringe deeser landen, en parti- »culierlyk meede, het gunt seedert drie of vier en twintig »jaaren herwaarts daar in gepasseert en voorgevallen was, »gesien en ondervonden hadden, — — — dat de droevige »experientie hadde geleert, dat de — — — innerlyke dis- »sentien oorsaak en aanleidinge aan de vyanden van den »Staat hadden gegeven, om daarop telkens van nieuws te »insulteren, weetende dat die onbequaam maakte om met »een gewenschte cendragt, by de voorouderen tot een »fondament van deese Republicque geleid, — — haar de- »fensie en bescherminge te betrachten; — — — dat de ge- »melde Heeren Burgermeesteren en Vroedschappen, daarom »eenpariglyk hadden gemeent, dat niets beeter of heilzamer »te denken of te hooppen was, dan dat aan de eene zyde, »het gunt occasie tot de voorsz. discrepantien gegeeven »hadde, t' eenemaal in de grond weggenomen en gamotoert »mogte werden, opdat men daardoor niet weederom mogte

Hist.-Polit. de mutata a GULIELMO IV, regiminis forma in Reipubl. foed. Belgii Provinciis. Lugd. Bat. 1839.

1) Vid. WAGENAAR XIV, 812 (qui laudat geschreeven aanteek. van dezen tyd, et *Lettre de Mr. de GROOT*). Cf. quoque »Hist. verhaal v. d. onwett. handeling de Stad en Prov. Utrecht aangedaan p. 36.” — WICQUEFORT, l. 23, p. 167 — »mais FAGEL voulantachever son ouvrage, et préparer les esprits à lui déferer la souveraineté, ou à souffrir au moins qu'il l'usurpât, avoit disposé le magistrat de Haarlem, qu'il gouvernoit, à en donner à leurs députés de faire la proposition.”

»vervallen in soo swaare ongelegendheid, als men gegenwoordig
 »hadde uitgestaan, en dat aan de andere zyde erkent mogten
 »werden de diensten, die het doorlugtige huis van Oranje
 »tot vaststellinge van den Staat hadde gedaan, — — en dat
 »de digniteit van Stadhouder, Capitein en Admiraal Generaal
 »van deese Provincie mitsgaders van Capitein en Admiraal
 »Generaal, na het overlyden van hoogstgem. S. Hoogheid —
 »ook soude erven, succedeeren en devolveeren op de man-
 »nelyke wettige descendanten, in wettigen huwelyk te pro-
 »creëeren ¹⁾).”

Ordines Hollandiae, Harlemensium probata rogatione, die 2, m. Feb. eiusdem anni, decretum tulerunt, quo Gubernatoris potestas nec non summae Praefecture dignitas terra marique hereditariae Principi delatae sunt ²⁾, quod exemplum se-
 cutae sunt paulo post ceterae Provinciae, ipsique Ordines Gener.

Ita paucorum annorum intervallo Civitates foed., diversis impellentibus Rectoribus, diversam ingressac sunt viam. Ut antea WITTIIUS, libertatis patriae amantissimus, in exclusione Arausiaca gentis supremam Reipublicae salutem constitutam esse arbitrabatur; ita FAGELIUS contra, eodem in patriam amore ductus, id agebat, ut Principis auctoritas magis magisque augeretur. Ita Ordines horum virorum monitis obtemperantes, nunc huc nunc illuc acti, vel odio et suspicione in Principem, vel amore et benevolentia moti, blanditiis in gratiam cum eo redire cupiebant; sic Amstelodamenses eum liberarunt magno aere alieno, et Nobiles Principi matrimonium incundum suaserunt ³⁾.

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 23 Jan. 1674.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 2 Febr. 1674.

3) Vid. *Resol. v. Holl.* 10, 20, 24 Maart 1674.

Ita ubique crevit Principis potestas. At qui in Gelria GULIELMI partibus favebant, tempus adesse rati, ulterius progressi sunt¹⁾. Hi nempe, ineunte a°. 1675, Principi summum imperium dignitatemque obtulerunt Ducis Gelriæ et Comitis Zutphaniae.

Huius rei quoque praecipuus auctor **FAGELIUS** dici potest, a qua ipse BEVERNINGIUS fertur non fuisse alienus²⁾. Fratres enim NICOLAUS, sororisque maritus GULIELMUS HOEKELUMIUS, qui Noviomagi Magistratum gerebant, nec non HOEKELUMII gener CONRADUS CLERK, Noviomagensis Tetrarchiae Ordinum (de staaten van het kwartier van Nieuwegen) ab Actis³⁾, suadente FAGELIO, qui superiore anno ipse in Gelriam venerat⁴⁾, legem ea de re rogarunt, et cum in Ordinum con ventu, tum in senatu urbano, quam fructuosa foret Provinciae illius summae potestatis delatio, ostendere conati sunt, festinandum esse, dicentes, ne Hollandi eos anteverterent. Adsentientibus ceteris Gelriæ Tetrarchiis, d. 29 m. Jan. 1675 decretum latum est eum in finem⁵⁾.

Non potuit non hic honor habitus Principi ipsi perquam gratus accidere; noluit tamen dignitatem accipere, nisi de voluntate ceterarum Provinciarum certior factus. Eventu

1) Vid. WICQUEFORT, l. 24, p. 202.

2) Vid. WAGENAAR l. 1. 345. Cf. TEMPLE *Memoirs*, 306: »for none doubts of Monsieur FAGEL's having been for it; and Monsieur BEVERNING.... told me himself, that he had advised the Prince to accept of it.»

3) WICQUEFORT, l. 24, p. 202: »CONRAD DE CLERC.... étoit l'entrepreneur de cette négociation. — FAGEL le jugea fort propre, pour disposer les États de son quartier, aussi bien que ceux du quartier de Zutphen et du Velau, à offrir au Prince la souveraineté de la Province.»

4) Vid. *Resol. v. Holl.* 9 Mei 1674.

5) Vid. delationis instrumentum in *Resol. v. Holl.* 7 Febr. 1675.

res caruit, Hollandia et Zeelandia, sententiae suae rationibus copiose expositis, negotium quam maxime dissuadentibus; quibus factum est, ut Princeps imperium detrectaret ¹⁾.

Ac revera non tantum illi, qui fautores fuerant regiminis formae, qualis tempore WITII constituta erat, sed fere omnes harum Civitatum incolae, imprimis Hollandiae, abhorrebant monarchiam, et exitiosam aestimabant libertati, quam majores octoginta annorum certamine sibi vindicassent.

Praeterea eo magis invidiosa haec delatio debebat videri, cum ipse Princeps vix per duos annos gessisset Gubernatoris munus, honores ampliores, quam quibus gavisi essent proavi, adeptus. Auctum est hoc negotio desiderium pacis, cum facile unusquisque intelligeret, eam potestatem bello in dies crescere ²⁾. Quibus omnibus factum est, ut cum Princeps ipse, tum vero FAGELIUS iterata vice, libellis famosis in vulgus sparsis, acriter perstringerentur, et quidem adeo, ut Consiliarius palam de illis querendum esse existimaret, die 19

1) Vidd. rationes Hollandiae in *Socr. Res. v. Holl.* 9 Febr. 1675. Vid. de cansis, quae Gelriam moverint summam potestatem Principi offerendi, J. H. VAN BOLHUIS, (*verspreide Letterarbeid*) *Verhandeling: Welke waren de drijfveren van de ambieding der souvereiniteit van Gelderland aan WILLEM III in 1675?* pag. 323, ubi memorabilia verba laudantur Gallici scriptoris DE QUINCY, *Histoire milit. du règne de Louis le grand*, T. I, p. 428: »La Cour de France aussi habile dans les négociations, que dans les projets de guerre, suscita l'affaire du monde la plus délicate au Prince d'ORANGE; elle fit insinuer à la Prov. de Gueldre, qu'elle seroit toujours malheureuse tant qu'elle seroit pendante de la Hollande, ce qui la détermina à envoier des députés de la part du corps de la Noblesse et les villes, — — — pour offrir au Prince d'ORANGE la souveraineté de toute la province.“ Hisce verbis tamen nullam fidem tribuendam esse putamus.

2) Teste WAGENAAR (XIV, 352,) BEVERNINGIUS, illa tempestate in Anglia degens, dixisse fertur »dat de vrijheid van den Staat in gevaar zwas, zoo men geen haast maakte met het sluiten der vrede.“

m. Sept. 1675 1). Visum est Ordinibus Hollandiae Edicto
 »profiteri: dat haar Ed. Gr. Mog. haar op het hoogste
 »verheugen en bedanken in de, en van de persoon van
 »syne hooghgem. Hoogh. en van desselfs hoogwyze, cou-
 »ragieuse en glorieuse actionen en conduiten, die selfs met
 »expositie van syn dierbaar Persoon, Lyf en Leeven,
 »met opsetten van goed en bloed in alle periculen en oc-
 »casien, ten dienste het lieve Vaderland — — — aan-
 »gewend, aangeleid en gedaan zyn. — — Als mede dat haar
 »Ed. Gr. Mog. insgelyks van het beleid en directie van
 »den gemelden Heer Raadpensionaris, in desselfs emplooy,
 »haar volkomentlyk houden vergenoegt en gecontenteert;

1) *Vid. Resol. v. Holl. 19 Sept. 1675:* »De Raadpens. heeft ter vergadering gecommuniceert een missive, innehoudende als geschreven uit Amsterd. op den 17 der voorsz. maand Sept. en geteekent J. ROTHE, daarinne gesloten was eene andere missive, houdende adres en superscriptie aan haar Ed. Gr. Mog. — — — — — En heeft denselven Raadpensionaris verhaalt, dat deselve presumeerde, dat den gemelden tweeden of anderen brief meede van soodaanigen inhoud soude syn, als verscheiden andere brieven en missiven waaren geweest, die by denselven J. ROTHE, of op desselfs naame en onder syne signature en superscriptie, nu sedert een geruimen tyd geleeden, soo aan verscheiden Leeden en Heeren van de Regeeringe en gedeputeerden in de respectieve Collegien, als magistraten in de Steeden, en aan andere particuliere personen syn gesonden en bestelt, daarby den persoon, actionen en conduiten van S. Hoogh. den Heere Prince VAN ORANGE, mitsgaders hy Raadpen. en desselfs doen en laaten, omtrent de saaken van den Lande, met veel schandeleuse, hatelyke en calumnieuze expressien waren en nog dagelyks wierden gedecrierteert en getraduceert.”

In epistola, cuius mentio supra facta est, inter alia hoe quoque dictum est: De Raadpensionaris FAGEL is ontrouw aan den Staat
 »soo let naauw op syne conduiten; hy is een slaaf van den Prins en
 »gaat syn eed te buiten; — de Prins VAN ORANGE speelt met de vry-
 »heid van syn Land, en de Pensionaris FAGEL helpt hem; soo wordt
 »het Land verraden door syne dienstknechten.”

»dat h. Ed. Gr. Mog. tot derselver uiterste leedweesen
 »en bedroevenisse verneemen — — — dat den geseide
 »ROTHE, deszelfs adherenten, complicen, en andere boos-
 »aardige, malitieuse, en qualyk geintentioneerde Persoonen;
 »tot soo groote en baldadige boosheid zijn uitgebarsten en
 »losgegaan, dat hebben derven onderneemen by verschei-
 »den seditieuse geschreeve, en gedrukte brieven, missiven
 »en andere libellen den persoon van hooghgem. S. Hoogh.
 »en deszelfs hooggemelde hoogwijze en glorieuse actien en
 »conduiten, mitgaders den persoon en directie van den
 »voorsz. Raadpens. in saaken concerneerende het gemeene
 »vaderland te culpeeren, traduceeren, calumnieeren en met
 »onverdragelyke en onlydelyke injurie te bekladden en de-
 »nigreeren.” Eodem Sen.-Consulto decretum est, ut omni
 severitate in eos animadverteretur, qui istos libellos scrip-
 sissent aliaque contumeliosa scripta ederent ¹).

Ut supra monuimus, paulo post conclusam pacem cum An-
 glis, deliberationes Colonenses ruptae sunt, imprimis capto GU-
 LIELMO FURSTENBERGIO, Gallorum partibus plus, quam oportebat,
 dedito; praeterea LUDOVICUS pacem generalem sibi commodo non
 esse judicabat, seque facilius meliores conditiones postulare
 posse a singulis: quapropter separatam pacem cum Civitatibus
 foed. cupiebat. Eam tamen jam tum BEVERNINGIUS fortiter re-
 jecerat, dicens talem dishonestam esse Reipublicae, se capite
 periclitaturum, si eam proponeret Ordinibus Gener. ²).

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 19 et 26 Sept. 1675. — Cf. *Dissert. Hist. jur. de juribus typographorum et bibliopolarum in Regno Belgico auctore J. T. BODEL NIJENHUIS*, Lugd. Bat. 1819, p. 155 sq. — Itemque *Diss. Hist. jur. de libertate preli auct. F. DE GIJSELAAAR*, Lugd. Bat. 1818, p. 67.

2) Vid. MIGNET IV, 300.

Et revera LUDOVICUS solus vix belli vim ferre poterat contra omnes fere Europae populos; Belgae enim suae causae adjunxerant Imperatorem Germaniae, Hispaniam et diversos Principes Germaniae. Ita quoque Elector Brandenburgicus, qui paulo ante fatigatus infelici bello, cum LUDOVICO in gratiam redierat, nunc mutato consilio, medio a^o. 1674, se rursus cum Civitatibus foed. sociavit ¹⁾. Ipsum LUDOVICI regnum exhaustum erat variis tributis, et vectigalibus, quibus indigebat, cum ad bellum gerendum, tum ad liberalitatem et largitiones, quibus socios ad se allicere studebat: ubique in regno erant seditiones et turbae: quin etiam nonnullae provinciae inter se sociatae, mox cum Belgio foed. et Hispania egerunt de auxilio praestando ²⁾.

LUDOVICUS pacem itaque omnibus modis quaerebat ³⁾, sed qualis suis consiliis in Hispanorum provincias non noceret; inde explicandum est, eum cum Hispanis noluisse pacisci, nisi ratione pacis Aquisgranensis habita: contra singularem

1) Vid. *Actes et Memoires de la paix de Nimègue*, I, II, p. 655. — WAGENAAR, I. I. 306.

2) Vid. *Secr. Res. v. Holl.* 20 Jul. 1675. »De Raadpens. heeft ter vergaderinge gerapporteert, dat soo nu en dan eenige advisen waren ingekomen, medebrengende dat misschien wel soude kunnen gebenren, dat de ingezetenen van den Koning van Vranckryck, haer in Bretagne geopposeert hebbende tegens de executien van de nieuwe edicten en de impositien aldaar, van haer Ho. Mo. souden mogen versoecken eenige hulpe ende assistentie. — Waarop gedeelibereert zynde is goetgevonden en verstaan, dat van wegen haer Ed. Gr. Mog. ter Generaliteyt sal mogen werden geconsenteert ende bewillight, dat aan de voorschrewe gemiscontenteerde ingezetenen des versoeckende, sal mogen werden gedaan eene reedelycke assistentie van Wapenen, Kruyt, Loot ende andere Munitie van Oorlogh.“ — Cf. MIGNET, IV, 364. — WAGENAAR, I. I. 368.

3) Vid. TEMPLE, *Memoirs*, 301: »Whatever was the occasion, France had this winter an extreme desire of a peace.“

volebat cum Civitatibus foed. qui in hocce bello certe primarias gessissent partes. Quid vero hae amplius desiderare poterant? nonne exhaustae ipsae? nonne bellum navigationi damnosum? nonne libertatem recuperaverant?

Post infructuosas igitur Colonienses deliberationes statim per aliam viam, illam singularem pacem quaequivit Rex, et cum Principe et FAGELIO agere conatus est. DESTRADEUS enim, cum antea legati functus esset munere apud Ordines Gener., cum quodam ex aulicis Principis epistolarum commercio inito, per eum effecit ut mitteretur quidam, qui de conditionibus ageret¹⁾). Missus est PESTERS Trajectum ad Mosam, munitus mandatis a Principe confectis et a Consiliario probatis, in quibus inter alia legebatur: »on lui proposera peutêtre de me séparer des Espagnols et des traités, »que j'ai faits avec mes alliés, mais il (PESTERS) répondra, »que rien au monde ne peut m'obliger à manquer à ma pa-role, ni aux traités que j'ai faits²⁾.” Haec colloquia tamen exitu caruerunt: et ineunte a°. 1675 iis finis impositus est; nam non conveniebant legati de restituendis locis

1) Vid. MIGNET IV, 302 ssq. et p. 309. Lettre de M. DE LAUNOY au Comte d'ESTRADES, 1 Sept. 1674: »Le soir je dis à son Altesse, que j'avais reçu une de vos lettres..... il voulut que je la lui lusse et il me dit: Je suis bien persuadé que M. le Comte d'ESTRADES m'aime et qu'il ne me conseillerait pas de faire quelque chose contre mon honneur, mais les affaires sont présentement bien engagées, pour démeurer sans rien faire. Je ne laisserai pas d'écrire à M. le Pens. FAGEL, de lui envoyer quelqu'un à Maëstricht, de ma part, pour voir comment nous pourrions entamer cette négociation. — — — Voilà ce qu'il m'a dit, et dès le soir, j'ai dépêché un courrier audit Sieur FAGEL pour vous envoyer le Sieur PESTERS, Greffier et Pens. des États d'Utrecht.” — Videtur hic PESTERS idem fuisse quem TEMPLIUS memorat: »one who had been Pensioner of Maestricht” (*Memoirs*, 302); quemque fuisse PESTERS dixit v. WIJN ad WAGENAAR XIV, 344.

2) Vid. MIGNET, l. l. 309.

urbibusve, neque de ordinandis commerciis ac navigatione,
de quibus Princeps et FAGELIUS urgebant, ut ante omnia age-
retur, dicentes »que c'était l'expédition pour regagner l'esprit
» des peuples de Hollande¹⁾”

Interea CAROLUS, ut primum pax Westmonasteriensis com-
posita fuit, se mediatorem obtulit. Accipiebant eum mox
Galli, Civitates foed. earumque socii; quapropter TEMPLIUS
missus est, qui Hagam Comitis, theatrum, in quo illae res
majoris momenti deliberabantur²⁾, profectus, ibi intellexit
Civitates foed. vehementer pacis desiderio teneri, ne FAGELIO
quidem excepto, qui tamen putavit, injustum fore partes
sociorum deserere, qui auxilio armisque prohibuissent, quo-
minus Respublica perderetur a duobus potentissimis Regi-
bus, cum quibus sociis conuentum esset, nullam pacem cum
Gallia facere, nisi reductis provinciis Hispanicis in pristi-
num statum³⁾. Ita Princeps quoque nullam pacem bonam
et securam esse judicavit, nisi qua servaretur propugnac-
lum firmum, in Belgii meridionalis provinciis⁴⁾.

Quapropter hic et FAGELIUS de modis, quibus bellum honeste

1) Lettre du marquis de LOUVROIS au Comte D'ESTRADES 9 Mars 1675. Scripsit idem »que tout le monde y (in Civitatibus foed.) souhaitait également la paix et que si M. le Prince d'ORANGE et M. FAGEL étaient du même avis, elle serait bientôt conclue.” MIGNET, I. I. 329.

2) »Which was indeed the present scene of that affair, as well from his Majesty's mediation, as the great weight of the States in the Confederacy.” TEMPLE, *Memoirs*, p. 286.

3) Vid. TEMPLE, 270, 276, »That it was impossible for the States to leave them, who had saved their country from ruin, when two so great Kings had invaded them, or to break the treaties, which they had made offensive with the Emperor, Spain, and Brandenburg; that the terms stipulated with Spain obliged them, to reduce France to the treaty of the Pyrenees.”

4) TEMPLE, I. I. p. 290.

componi posset, meditantes, matrimonium proposuerunt juvenis Regis Hispanorum CAROLI II cum filia ducis Aurelianensis: hisce nuptiis pax niteretur: Rex enim LUDOVICUS urbes in Flandria captas tamquam dotem daret, haberetque CAROLUS Rex Britanniae magnam pecuniam (200,000 Libr. Sterl.) pro meritis in componenda pace, quam eo modo firmam et securam aestimabant fore Hispaniae, Civitatibus foed. et Anglis, nec non tolerabilem Galliae¹). Noluit tamen CAROLUS illas conditiones LUDOVICO offerre, cum sibi persuasum haberet, cum numquam urbes Flandriae redditurum esse. Interim CAROLUS, missis duobus aliis legatis, Comitibus ARLINGTON et D'OSSORY, nihil neglexit, ut Principi pacem illam singularem suaderet, obtulitque ei uxorem filiam JACOBI fratris, Ducis Eboracensis: Princeps vero et foedus illud separatum cum Gallis et matrimonium detrectabat, respondens, neque suis rebus, neque temporibus convenire, uxorem ducere. FAGELIUS coram his quoque professus est, se vehementer pacem velle; Civitates foed. non amplius pro suis aris et focis bellum gerere, sed sociorum gratia: gratam sibi fore occasionem, qua eogerentur Hispani ad pacem²).

Hoc eius desiderium imprimis patet ex epistola, quam scripsisse fertur ad familiarem PESTERS eo tempore, quo Prin-

1) Vid. TEMPLE, *Memoirs*, 303: »His scheme was this: that a match should be made between the King of Spain and Mademoiselle: that France should give with her in dowry, the late conquered places in Flandres; that the King (Britanniae) should make this match, and upon these terms, and that he should have two hundred thousand pounds for his good offices in it.”

2) Lettre du marquis de RUVIGNY à LOUIS XIV, du 21 Janv. 1675, qua huius legationis rationes exhibens, FAGELIUM dixisse narrat »que les États ne faisaient plus la guerre pour eux, mais seulement pour leurs alliés, et qu'ils seraient bien aises d'avoir bientôt une occasion d'obliger l'Espagne à la paix.”

ceps in gravem morbum inciderat¹⁾), (d. 21 m. April 1675),
 »Optabile nobis esset scire, quibus conditionibus honorifice
 redire possimus in gratiam cum LUDOVICO." Neque cessa-
 vit FAGELII sollicitudo, GUILLEMO e morbo erecto; nam die
 3 m. Maji, »Angor me capit, scripsit ad eundem, si co-
 gito, Principem in paucos dies profecturum esse in castra,
 »nosque relicturum sine capite, et minimum malum, quo
 »afficeretur ille, nos perditurum esse. Utinam Deus nobis
 »det pacem, quae sola et Rempublicam et nosmet ipsos
 »servare potest²⁾."

Quidquid est, paulo ante illam posteriorem epistolam (d. 26 m. Mart.) Ordines Gener. incitavit, ut decretum ferrent, quo statuerunt nullam pacem faciendam esse, nisi salvis foederibus Westphalico et Pyreneo, postulantes, ut Duci Lotharingiae restitueretur Ducatus; Regi Hispaniae regio Franche-Comté et Flandria; Civitatibus foed. urbs Trajectum ad Mosam et regiones cis flumen Mosam, foedere aⁱ. 1673 tradendas Hispanis³⁾.

Interea ubique, rursus hoc anno arma parabantur; Sueci,

1) Vid. WAGENAAR, 370. — TEMPLE, I. I. 309.

2) Vid. apud MIGNET IV, 355 sq. Hoc etiam efficitur ex epistola Principis missa ad FAGELIUM (laudata apud MIGNET, I. I. 363) d. 10 m. Aug. 1675: »Je suis de votre avis, que la paix seroit plus utile et profitable, que la guerre, mais aussi, avant de rompre cette grande ligue, il faut en profiter et tirer des conditions, qui nous puissent assurer à l'avenir contre cette grande puissance de la France. — — — Ne vous laissez pas persuader, comme je vois, que vous l'êtes, par vos lettres, mais croyez que le plus sûr moyen, que nous ayons de parvenir à une bonne et sûre paix, est de continuer la guerre avec nos alliés sans nous séparer. — — — Je vous prie d'aller dans les villes et insinuer aux Bourgmestres ces sentiments, non pas comme venant de moi, mais de vous."

3) Vid. Res. v. haer Ho. Mo. 26 Maart 1675. — Actes et Mémoires de la paix de Nimègue, I, I, 17 ssq.

LUDOVICI auro corrupti, tandem Electori Brandenburgico bellum indixerunt, eiusque regiones invaserunt; et ipse LUDOVICUS, ut Hispanorum vires frangeret, seditioni, quae orta erat in urbe Siciliae Messina, non tantum consiliis et adhortationibus, sed armis quoque ceterisque rebus necessariis et imprimis classe missa, quam maxime favebat ¹⁾. Hispani et hanc urbem et vero insulam omni pretio servare cupientes, posthabitis ipsis provinciis Belgicis ²⁾, rogaverunt per legatum DE LYRA Ordines Gener. auxilium, quod hi debebant e foedere anni 1673. Erat difficile negotium Ordinibus Gener. persuadere, ut opem Hispanis ferrent; nam exhaustae erant Provinciae magnis impensis, quas fecerant. FAGELIO autem res quam maxime cordi erat; et intelligens Civitates foed. Hispanis succurrere omnino oportere, quantum potuit operam negotio dedit. In secreto Ordinum Gener. conventu, die 4 m. Jun. 1675 sententiam suam exposuit, »hoeveel den Staet daeraen gelegen legt, »dat de voorsz. stadt Messina niet mach blyven onder de »macht van den Coninck van Vranckryck, ende dat syne »Maj. in Italien geen verdere progressen mach doen: de »wyle sulx niet alleen soude connen strecken tot een seer »groot nadeel ende prejuditie van de navigatie ende com »mercie deser landen in de Middellandsche Zee, maer in »sonderheyt oock de conditien van de Vreede, ten aensien »van de Spaensche Nederlanden, des te swaerder ende erger »maecken, dewyl S. Coninckl. Maj. van Vranckryck het »quiteren van de conquesten, in Italien gedaen off noch te »doen, seer hoogh soude aanreecken, ende daerdoor te »difficilder soude wesen, om alhier in de Nederlanden iets

1) Vid. MIGNET IV, 341.

2) Vid. DE JONGE, *Geschied. v. h. Nederl. Zeewezzen*, III, II, p. 105 sq.

» toe te geven; — — — alles tot een irreparabel preju-
 » dicie van desen Staet, sonderlingh daer dan nogh alle de
 » schult dienaengaende aen haere Ho. Mo. soude werden
 » geimporteert, als die geweygert souden hebben de saecken
 » van Messina voorsch. door het doen van de voorsch equi-
 » page te helpen reddien 1).”

Collegia Archithalassica misera utebantur conditione, nulla quippe diu collata pecunia a Provinciis. Collegium tamen, quod erat Amstelodami, aliquantulum melius se habebat, propter magna lucra, quae e navigatione et mercatura percepiebat ²⁾. FAGELIUS igitur ita rem gessit, ut impensae, quae erant facienda 1,504,000 florenorum, partim ab Hispanis, partim a Civitatibus foed. solverentur: quam partem fere totam Collegium Amstelodamense sustinuit ³⁾. Rara saga-

1) Vid. *Sscr. Res.v.h. Ho. Mo.* 4 Juny 1675. — Cf. et *Secret. Resol.* van h. *Ho. Mo.* 13 Jul. 1675. »Dat daerenboven oock hierinne verseert een particulier interest van dese landen, namenlyck de conservatie van de commercie in de Middell. Zee, ende dat den Coninck van Vranckryek aldaer niet magh crygen, hebben, houden en maintineeren een absolute overmacht.”

2) Vid. DE JONGE, 1. 1.

3) Vid. *Sscr. Resol. v. Holl.* 13 July 1675: »de Raadpens. heeft ter Vergad. gerapport., dat den Heer Don MANUEL FRANCISCO DE LIRA, extraordin. Envoyé van den Koningh van Spagne, geinsisteert hebbende, ten eynde een Escadre van achttien Scheepen van Oorloghe soude mogen werden gedaan naar de Middellandsche Zee, — — om daarmede te reduceeren die van Messina, ende dat de voorschreve equipage soude werden gedaan, half tot kosten van S. Koningl. Maj., half tot kosten van desen Staat; — — — dan dat de Heeren h. Ho. Mo. Gedeputeerden tot de buitenlandsche Zaken, ten respecte van de voorschreve onkosten gesprooken hebbende met het gemelde Collegie ter Admiralteyt, het voorschreve Collegie hadde verklaart de equipage, voor soo veel de helft van desen Staat aangaat, te sullen op sigh nemen, mits daartegens gesubsidieert werdende met een somme van driehondert duisen guldens, ende ten respecte van de Prov. v. Hol-

citate FAGELIUS hac in re egit; nam eo modo et naves citius paratae erant, et facilius negotium procedebat 1).

Expeditio tamen haecce non prospera fuit; nam non tantum cum multis et magnis calamitatibus certare debuit RUTENSU, imprimis cum Hispanorum socordia et ignavia, sed ipse quoque, pugna navalii prope insulam Siciliam commissa, ex accepto vulnere obiit.

Iisdem temporibus, bello Suecico servente, incumbebat Civitatibus foed., uti et Regi Daniae, Electori succurrere; noluit tamen Danus bellum gerere in Suecos, nisi conjunctis viribus cum Belgio foed.; et Ordines Generales, intelligentes, quanti momenti esset, contra Suecos feliciter rem gerere, mox statuerunt, classem in mare Balticum mittere, etiamsi hocce quam maxime iis onerosum esset, quippe qui et auxilio Hispanis praestando premerentur 2).

landt ende West-Vriesland met haar quote, in plaats van de voorschreve driehondert duisent guldens."

1) Ita Ordines Gener. postea professi sunt »dat die uitrusting gemelds »Admiraliteyt genoegzaam over den hals gedrongen was." Vid. *Secr. Res. v. de Staten Gener.* 5 Aug. 1675.

2) Vid. *Secr. Res. v. Holl.* 21 Jan. et 13 Julii 1675: »De Raadpens. heeft ter Vergaderinge gerapportéert, dat haer Ho. Mo. ende derselver hooge Geallieerden den Koningh van Denemarken hebbende gesommeert, om — — — te treden in rupture met S. Koninghl. Maj. van Sweeden, hoogstged. S. Kon. Maj. van Denemarcken, sulckshadde gedeclineert, ten ware men met eenen quam vast te stellen de Equipage van eene Vloote, die bequaam soude kunnen syn om aan den Koningh van Sweeden te water het hooft te kunnen bidden: dat daarop hy h. Ho. Mog. goedgevonden was, ten voorschreven eynde te laten gescheiden een Equipage van vijf en twintigh Schepen van Oorlogh, te weten sestien van Oorlogh, door den Koningh van Denemarken, ende negen Schepen van Oorloge door desen Staat, des dat den hoogstged. Koningh van Denemarken daartegens tot subsidie soude genieten sesmaal honderd duisent guldens;" quae pecunia partim ab Hispanis conferranda erat.

At ne hocce bellum cum Suecis navigationi, quae inter eos et Rempublicam magna intercedebat, nimium noceret, curandum erat. Legimus (d. 2 April a° 1675) Hollandos, cum de bello Suecis indicendo ageretur, decreuisse, »dat de saecke ter Generaliteyt van weegen h. Ed. Gr. Mog. daar heenen sal werden gedirigeert, ten eynde deselve navigationie en commercie niet gestremt, maer haaren vryen en onverhinderden cours, gelyck tot nogh toe is geschiedt, moge blyven behouden.“ Imo vero paulo post (d. 26 m. Nov. a° 1675), quod memoratu dignum est, foedus commercii causa cum hoste factum est, quo, »subditis ac incolis Sueciae simul et foeder. Belgii plena commerciorum atque navigationis hinc inde, ita durante hoc bello, ut ante hac, libertas erit¹⁾.“ Et huius gravissimi negotii certe FAGELIUS auctor haberi potest; facile enim intellexit, mercaturam solam miserae rerum conditioni subvenire posse, cum primarius divitiarum sons sit, et ea prohibita et interdicta, idem Civitatibus foed. detrimentum atque Suecis affretetur.

Interim auctore TEMPLIO, designata est urbs Noviomagum, in qua de pace deliberaretur²⁾. Negotium pacis, ut antea a° 1673, mandatum est quibusdam ex Ordinum Holl. Collegio delegatis, qui cum FAGELIO de conditionibus agerent³⁾. Dicti sunt ab Ordinibus Generalibus iidem legati, qui antea Coloniam Agrippinæ missi fuerant, BEVERNINGIUS, ODYKIJUS, v. HAREN, et ISBRANDTS; Gallorum legati erant Comes DESTRADEUS, COLBERT DE CROISSY, et Comes DAVAUXIUS; Anglorum erant

1) Vid. DUMONT, *Corps dipl.* VII, 1, 316. Hoc foedus ratihabitum est ab Hollandis d. 19 Feb. 1675. Vid. *Secr. Resol.* eo die.

2) Vid. *Actes et Mémoires de la paix de Nimègue*, I, 10, 13; *Resolutie van h. H. M.* 9 Martii 1675.

3) Vid. *Secr. Resol.* v. Holl. 9 et 28 Jul. 1676.

TEMPLIUS, JENKINS et BERKELEY. Convenerunt primum hi Noviomagum; ceteri Reges et Principes belli eventum exspectare, et Gallos ad pacem cogere maluerunt, quam inopportuno tempore, cum LUDOVICI dominandi lubido nondum satis fracta esset, sibi conditiones obtrudi ¹⁾). Non ita Civitates foed., quae pacem sibi utilissimam esse judicabant; magnum enim erat tributorum onus, quod imprimis Hollandia ferre debebat: ita ut Ordines vix ausi essent nova subditis onera imponere, metuentes seditiones et turbas, quarum exempla in nonnullis urbibus non deerant ²⁾).

LUDOVICUS autem vota sua ita dissimulare studebat, ut magis ex indulgentia pro Rege CAROLO agere videretur. Legatis suis imperavit, ut non modo Civitates foed. ab Hispanorum partibus detraherent, sed etiam Principi WILLEM, multis magnisque promissis, persuaderent, ut pacem faceret ³⁾). Hi Regis jussis obedientes, BEVERNINGIUM et Anglorum legatum TEMPLIUM assidue adibant, eosque blanditiis et assentatione ad se allicere conabantur ⁴⁾). Quin etiam Principi offerebantur et urbs Trajectum ad Mosam, et Ducatus Limburgi, quae summo imperio haberet ⁵⁾). DESTRADEUS ope et interventu saepius memorati PESTERS cum FAGELIO agebat;

1) Vid. WAGENAAR, l. 1. 404.

2) Ibidem.

3) Vid. MIGNET, l. 1. 393.

4) Vid. WAGENAAR, l. 1. 406 ssq. — TEMPLE, *Memoirs*, 352 ssq.

5) Lettre du marquis DE POMPONNE au marechal D'ESTRADES 10 Oct. 1676, «de lui faire connaître par les voies secrètes, que vous avez auprès de lui, qu'en cas, qu'il put disposer les États-Généraux à faire une paix séparée de l'Espagne et à rentrer dans l'amitié de Sa Maj., — — Sa Majesté voudrait bien remettre en propre à M. le Prince D'ORANGE la ville de Maëstricht, la ville et le duché de Limbourg, pour les posséder en souveraineté, dans laquelle le roi s'obligeroit de le maintenir.”

aspernatus tamen est Princeps omnes illas pulebras conditio-
nes, nefas esse dicens, socios relinquere ¹⁾.

Hispani, quorum imprimis causa pax illa fieri non poterat, nihil fere faciebant, nullamque pecuniam conferebant, et magna erat eorum socordia, cum sibi persuasum haberent, Civitatum foed, nec non Angliae interesse, regiones Belgicas servari. — Hinc FAGELIUS, die 18 m. Sept. 1676, ad BEVER-
NINGIUM scripsit: »Het Fransche leger was menschelyker-
»wyse, voorleden woensdag acht dagen, seeckerlyck geslagen
»geweest, indien de Spaensche gewild hadden. Wy hebben
»veel vrantschap van haer ontvangen, maer sy en kunnen, ofte
»willen niet alleen haer selven niet helpen, en syn ook oor-
»saeck, dat S. Hoogh. niet kan uytvoeren, 't geen hy sonder
»haer seeckerlyck tot syn groote eere en dienst van den Staat
»soude hebben ²⁾.”

1) Vid. TEMPLE, *Memoirs*, 356. »But the Mareschal d'ESTRADES immediately after began to turn his battery another way, which was upon the Pensioner FAGEL, by the intervention of a person of Maestricht, many of whose letters the Pensioner shewed me upon the same occasion; and with all the offers that could be made of consideration and advantage of the interests of the Prince of ORANGE.” — Cf. Lettre du Comte d'ESTRADES au marquis de POMPONNE, 4 Nov. 1676, apud MIGNET, I. 1. 410.

2) Vid. apud Doct. SCHOTTEL: *Iets over H. van Beverningh*, p. 53. — Cf. et Secr. Resol. v. Holl. 10 Sept. 1676: »De Raadpens: heeft ter Vergadering geraporteert, dat de Heeren haer Ho. Mo. Gedeputeerden tot de buytenlandsche saecken, siende dat alle devoiren, aange-
went om Syne Koninklyke Maj. van Spaigne te disponeeren tot het versterken van de Vloote, in de Middellandsche Zee ageerende, waren van geen het minste effect, ende dat hoogstged. S. Maj. niet kunde werden gedisponeert, om daar toe de noodige ordre te stellen, en veel min om de vereischte penningen te besorgen, — — — de saecken daarheenen hadden gedirigeert, dat aan den Schout-bij-nacht ALMONDE ordre gegeven was, om met de voorschreeve Scheepen, te verzeylen

Ita quoque Princeps infelici successu Trajectum ad Monsam obsidebat, et recte DESTRAEUS judicavit scribens »si expugnetur illa urbs, Civitates foed. ad pacem minus propensae erunt; si vero res male procedat, Principis auctoritas diminuetur, et minus fortiter paci resistere poterit¹⁾.” Quod et accidit; Princeps enim, omissa obsidione, vehementer laceratus est famosis libellis, quod fatum FAGELIUS quoque patiebatur²⁾.

Quibus rebus motus Princeps, bello defessus, iratus in socios, qui nihil fere contulissent ad rem bene gerendam, incunente aº. 1677, consilio FAGELIO, colloquia cum DESTRAEDEO, intercedente PESTERS, instauravit, quae vero iterum parum erant fructuosa³⁾. Eodem tempore TEMPLIO respondisse fertur: »se mox pacem facturum esse, si honorifice Hispanis satisficeri posset⁴⁾.”

Lentum vero erat negotium cum Gallis; quapropter tum

na Cadix, ende dat mede goetgevonden was, daar van kennis te doen geeven aan hoogstged. S. Maj. met verklaringe, dat in geval deselve niet soude kunnen resolveeren, de voorschreve Vloot — — te versterken, ende also bequaam te maken om den vyandt het hooft te bieden, mitsgaders betere ordre tot de betalinge van de noodige onkosten te stellen, h. Ho. Mo. de voorschreve Schepen verder souden doen repatrieren ende te rugge keeren.” — Paulo post Ordines Hollandiae decreverunt, nulla in posterum subsidia sociis solvenda esse, quam hi bellum gerere impendio Civitatum foed. mallent, quam paci operam navare. — Vid. *Resol. v. Holl.* 10 Dec. 1676.

1) Vid. WAGENAAR, l. l. 398.

2) Vid. WAGENAAR, l. l. 419 sq.

3) Vid. WAGENAAR, l. l. 420. — Vidd. acta et gesta apud MIGNET, IV, 414—423.

4) TEMPLE, *Memoirs*, 371: »and, for his own interests or advantages, let them find a way of saving his honour by satisfying Spain, and nothing of his concerns should retard the peace an hour.”

Ordines Generales cum Suecis separatim egisse videntur¹⁾. Memorabilis est epistola FAGELII, mense Novembri, a°. 1676, ad BEVERNINGIUM scripta, quam, ut documentum quantae molis tota illa res fuerit, quamque spinosa, hic referre non inopportunum duxi:

» Tot antwoort van U WelEd. Gestr. missive van den 29
 » der voorlede mäent Octob., sal ick alleen seggen, dat ick
 » aan de Heeren haer Ed. Groot Mo. Gecommitteerden tot
 » de buytenlantsche saecken gecommuniceert hebbende het
 » discours, dat ick de eere hadde gehadt met U WelEdel
 » Gestr. op den huyse van Lockhorst te houden, omtrent
 » het subject van de vredehandelinge, de gem. heeren mede
 » eendrachtigh van opinie syn geweest, dat die voors. saecke
 » soo vol difficulteyten ende speculatie was, dat men naew-
 » lyck weet, wat voet men daerin sal kunnen volgen; dat
 » het best was, dat de Co. Maj. van Engel'. als mediator
 » eenige voorslagen van vrede quam te doen, waerop men
 » dan voorts soude mogen in onderhandeling treden, en sien
 » hoe men de gemoederen van de geallieerden daertoe best
 » soude disponeren, maer dat het seer onwaarschynlyck was,
 » dat syne Maj. daertoe eenige resolutie soude nemen, om
 » dat deselve tot noch toe seer geportteert geweest synde
 » voor de intressen van Vr., naer apparentie niets soude
 » willen voorslaan, dat hij soude meynen Vr. te sullen des-
 » obligeren, en aan d' andere kant, ontsiende syn volck en
 » de leden van het parlement, die hoe langer hoe meerder
 » tegens Vr. gaende worden, niet soude willen de voor-
 » slagen, die hem by syn volek voor all' te seer Fransge-
 » zint souden doen passeren; dat het daerenboven seer dif-
 » ficiel was iets uit te dencken, dat tot contentement van

1) Vid. WAGENAAR, I. l. 421.

» alle de geallieerden gesaementlijck soude kunnen wesen;
 » — — — — dat een particuliere vrede met Sweden
 » wel niet verwerpelyck was, maer ons niet alleen niet en
 » soude redderen uyt de ongemacken van den oorlogh,
 » daermede wy nu soo seer en boven maete syn belast,
 » en bovendien soude doen verliesen de faculteyt, om iets
 » favorabelder ten opzige van de Nederlanden te conse-
 » queren; dat het ook gantsch niet apparent scheen, dat
 » Sweden soude willen maecken een particuliere vrede, by
 » dewelecke die Croon alle syne geoccupeerde plaetsen aan
 » de geallieerden soude willen cederen, off dat de gealli-
 » eerdens iets van 't genomene soude willen restituueren, jae
 » haer met het genomene laeten contenteren, en dat het
 » minste discounvenient, dat van onse syde soude voorkomen,
 » capabel soude syn eenige van de geallieerden onse partye
 » te doen quiteren, sonderling daer Vr. by alle middelen
 » laboreert, om maer yemant uyt deselue daervan te de-
 » tacheren. — — — Syn Hoogheyt heeft ondertusschen
 » gemeynt, dat het van niet veel dienst soude wesen, dat
 » men sigh onder ses of acht oogen onder de heeren NEUGH
 » en BLASPIEL¹⁾ soude eclaireisseren maer (vóór) dat men
 » wist, wat Sweden aan Denemarken, Brandenburg en Lu-
 » nenburg by een separaet tractaet soude willen toestaen en
 » dat men wederom sagh, waarmede Denemarken, Bran-
 » denburg en Lunenburg bij een separaet tractaet haer sou-
 » den willen laeten vergenoegen, om daer uyt dan nadere
 » mesuren te kunnen vatten, of men de generale vrede des-
 » peraet werdende, een particuliere vrede met Sweden soude
 » kunnen verkrygen; want oft wel de generaele vrede buy-

1) JUSTUS HEUGH erat Daniae legatus, et WERNER WILHELM BLASPIEL
Brandenburgicus.

»ten controverse de beste voor den Staet is, soo soude
 »het dolligheyt wesen in den oorlogh met twee partyen
 »te blyven, als men van den eenen afraecken konde. Ick
 »sal dan opsoeken de papieren, die dienen, om te toonen,
 »dat men getragt heeft aan de zyde van Vr., Brandenburg
 »en Lunenburg te winnen. — Van Denemarken en Swe-
 »den weet ik niets posityfs als alleen, dat de ministers
 »dat menigmael hebben verclaert, en dat de gewesene
 »Cantzlier vry groote intrigues met de Franse gehouden
 »heeft. Van een separaet tractaet tusschen die twee Cronen
 »hebbe ick noyt iets kunnen vernemen, noch by Uw schry-
 »ven, noch van andere, en de hartige sollicitatien, die De-
 »nemarken, soo wel hier, als by Brandenburg heeft laeten
 »doen en noch doet, om die garantie van syne conques-
 »ten, tegens andere avantages by hem aan de Sweden te
 »cederen, te bekomen, dunckt my, dat geen teykenen
 »van een separaet tractaet met Vr. syn. d' Hr. VAN WERC-
 »KENDAM heeft my dese naermiddagh ook verhaelt, dat hy
 »in een particuliere conversatie, beden met den heer HEUGH
 »gehouden, uyt hem hadde verstaen, dat Denemarken well
 »genegen was in een particuliere onderhandeling met Swe-
 »den te treden, sonder dat hy echter expliceerde op wat
 »voet ¹⁾.”

Neque minus memorabile est colloquium, quod TEMPLIUS
 in eunte anno 1677 cum FAGELIO se habuisse narrat. Scilicet,
 FAGELIO eum roganti, num secum ferret pacis spem, his
 verbis Anglus respondit: »Si, ignoras, ait, quid fiat No-
 viomagi, ego tibi dicam, Belgas astutos esse (*habiles
 gens*), qui ut sociis grati sint, multum tempus nugis terunt,
 negotium in longum ducentes.” Cui TEMPLII exprobrationi

1) Vid. Doct. SCHOTEL op. I. p. 53.

FAGELIUS tristi vultu respondit, eum neque res, neque conditionem Reipublicae cognoscere, saltem ea ignorare velle videri; Civitates foederatas non tantum vehementer pacem cupere, sed ea etiam quam maxime indigere; eas jamjam de ea agere voluisse, si modo Galli legatis suis plenam auctoritatem (*plein-pouvoir*) optima forma dedissent. Belgas non insistere iis, quae socii postulent, *imo vero se non affirmare*, *Rempublicam pacem peculiarem non facturam esse*. TEMPLIO ironice objicienti, negotium tam ponderosum esse, ut in alium annum talem deliberationem Ordines Gener. dilaturi essent, FAGELIUS rursus, eos jam satis de illo negotio cogitasse, dixit, sed explorata re, invenisse *immedicabile vulnus*; se utique multum Hispaniae debere, quae arma suscepit pro Belgio foederato; at Belgas se non ingratos praestitisse, cum Hispanorum causa per tres annos continuos bello perseverassent; se adhuc per annum bellum gerere velle, dummodo socii faciant quod debeant; Hispanos classem Batavam e Sicilia dimisisse, nulla pecunia soluta; Civitates foed. ne obolum quidem ab iis expectare; saepius Hispanos admonitos esse, ut haberent in promptu magnam militum copiam ad defendendas urbes, dum Princeps cum exercitu Reipublicae hostes ab earum obsidione arceret; ab Hispanis nihil responsi se tulisse; frustra quoque ab iis petiisse, ut recipierent milites Germanorum Principum, qui eorum urbes defendere possent.

Ita FAGELIUS questus est non tantum de Hispanorum cordia, sed etiam de Imperatoris negligentia qui, non maiorem sollicitudinem haberet servandarum provinciarum Belgicarum, quam Civitates foed. sollicitae essent de Hungaria, et quem saepius monuissent, ut invaderet Galliam, ut Gallorum vim detraharet ex Flandria, vel ut dumtaxat exercitum duceret in Alsatiam; praefectos Austriacos maluisse

in locis amoenis Germaniae hiberna agere, quam in vastata Alsacia, ita ut flumen Rhenum transgressi, perdiderint belli fructus, jam perceptos; addidit quoque, se nisi cum magno et acerbo dolore pacem peculiarem facturum, at se ignorare, quo modo illa evitari posset. — TEMPLIO porro quaerenti quid fieret de Belgica, si Ordines Generales facerent pacem illam, respondit FAGELIUS, illas regiones uno alterove proelio perditum iri; quaedam certe loca in finibus sita, ut Cameracum, Valentinium, Namurcum et Montes Hannoniae brevi captum-iri a Gallis, antequam Imperator copias suas ex hibernis adduxerit. — Civitates foed. numquam de pace peculiari deliberaturas esse, si Hispani ipsi provincias suas tueri possint. Melius tamen esse eas pace perire, quam bello; eo enim modo et pecuniae, et vero dignitati Principis parci. Sed et questus est de Anglis, quorum interesseret LUDOVICI lubidinem compescere, saltem prohibere, quominus illae regiones, praesertim insula Sicilia, Gallorum potestati subjecerent, propter navigationem Anglorum in mari Mediterraneo. Addidit FAGELIUS, Regem CAROLUM per duos annos pacem veluti in manu habuisse; potuisse cum justas conditiones Gallis imponere, quas recusare hi non ausi essent; at BEUNINGH eo tendentis conamina vana fuisse; hisce omnibus factum, ut Ordines Gen. magis magisque in pacem separatam inclinarent¹⁾.

1) Vid. TEMPLE, *Memoirs*, p. 381—386: »This was discoursed with such vehemence and warmth, that he was not able to go on.” — Posterioris colloquii eadem de re mentio fit, p. 391 sq. »I had one conference more with the Pensioner, who told me he was still of opinion it must come to a separate peace; — — — — he should come to it with as much regret, as the Prince himself; but that his Highness himself might be forced to it by the ill conduct of his allies, — — — and the mutinies of the people, to which they were already, but too much disposed at Amsterdam.”

Ex hisce colloquis merito efficias, ipsum FAGELIUM paci omnino favisse, quod de Principe negandum est, qui ei, quoad potuit, obstitit¹⁾.

Falso igitur nonnulli ex aequalibus FAGELII putabant, Consilium bellico SOLOMI animo nimium induluisse²⁾. Galli enim, cum viderent negotium Noviomagense male procedere, recta via cum Reipublicae legatis agere inceperunt, navigationis leges, quales aº 1662 fuerant, offerentes, unaque propugnaculum firmum et securum in Hispanorum provinciis. BEVERNINGIO hac de re referente (d. 31 Jul. 1677) Ordines Holl., decreverunt: »de sake van wegen h. Ed. »Gr. Mog. ter Generaliteyt daarheen sal werden gedirigeert, ten eynde de Heeren extraord. Ambassadeurs ende »Plenipotentiariissen op de voorschreeve Vredehandelinge »magh werden aangeschreven, dat deselve met allen ernst »ende yver willen continueren, de differenten, die tusschen »S. Konink. Maj. v. Vrankr. en desen Staet openstaan, »uyt de weegh te leggen, ende tot een goet eynde te brennen, ende daartoe alle eenigsints bequame gelegentheden »te capteren; dat deselve vooral oock willen besorgen, »dat de differenten over het stuck van de commercie, nogh »openstaande, mogen werden afgedaan ende getermineert; »dat sy Heeren Ambassadeurs van desen Staet oock willen »continueeren tydigh ende ontydigh, alle devoiren aan te »wenden bij de Heeren Ministers van de hooge Geallieerden, ten eynde deselue haer willen verklaren op de conditien

1) Vid. TEMPLE, 1. 1. 386 ssq.

2) Vid. epistola eiusdem VAN DEN BOSCH (JACOBI, qui erat antea ab Epistolis Consiliario DE WITT, Vid. *Brieven van de Witt* V, 535) ad DESTRADEUM (27 Jun. 1677) laudata apud MIGNET, T. IV, 451, — «qu'on étoit persuadé, qu'il ne portoit pas l'esprit de M. le Prince d'ORANGE à la paix.”

» van Vreede , die na de jegenswoordige tydtsgelegentheyt
 » dragelyck souden mogen syn, — — ende dat deselve ten
 » dien eynde vooral willen waarnemen den tydt van de je-
 » genswoordige Campagne , dewyl haer Ho. Mo. met het
 » eyndigen van de voorschreven Campagne , den oorlogh
 » oock moeten sullen termineren ende eyndigen, als niet
 » langer kunnende niet alleen in de ondragelyke lasten,
 » maar oock in de ongemacken van dien , sonder haere ruïne
 » ende ondergangh continueren ¹⁾ .”

Hocce decretum igitur non concinit cum eo, quod qui-
 dam Consiliario injuste exprobraverunt. At **FAGELIUS** volebat
 pacem securam ac firmam. Prudenter igitur agebat lente
 et caute rem gerens, ut eo modo et socios priores in
 pacem redderet, et fatigaret Gallos, qui tandem meliores
 conditiones oblaturi essent.

Interim praeterlapso quinquennio, in quod, ut mos erat,
 creabantur Hollandiae Consiliarii , munere se abdicare vo-
 luit **FAGELIUS**. Princeps tamen, intelligens quanti momenti
 esset, talem virum sibi ac bono publico servare, hoc con-
 silium ei dissuadere studuit, et Ordines in Comitiis Hollandiae
 d. 13 m. Martii 1677 adhortatus est, ut omni ope eum impel-
 lerent, iterum in quinque annos munere illo amplissimo fungi,
 publiceque professus est, »dat deselve (S. Hoogh.) verstaan
 » hadde uit den mond van den Heer Raadpensionaris, dat hy
 » van meening was, ter expiratie van syn vyfjarigen dienst, — —

1) Vid. *Sscr. v. Holl.* 31 July 1677. — Cf. epistola supra
 laudati JACOBI VAN DEN BOSCH, ubi legimus: »Le Pensionnaire — dit, qu'il
 avoit ordre de Son Altesse, — — — de témoigner à l'assemblée, qu'il
 ne souhaitait qu'une paix honorable et qui soit de durée; que pour y
 parvenir, il faut savoir quelle satisfaction on donnera à leurs alliés,
 de qui les États Généraux ne se peuvent pas séparer, et quelle bar-
 rièrre on mettra entre la France et cet État.”

»sig te excuseeren van verdere continuatie in denselven
 »dienst; dat S. Hoogh. — — oordeelende, dat den voorsz.
 »Heer Raadpensionaris, na de jeegenswoordige gelegentheid
 »van tyden, sonder groten ondienst van den Lande, sig
 »van het voorsz. employ niet soude kunnen ontslaan, aan
 »h. Ed. Gr. Mog. in bedenken stelde, of den voorsz. Heere
 »Raadpensionaris niet soude behooren te werden gedispo-
 »neert, sig in dier voegen te verklaaren, dathij de voorsz.
 »synen dienst niet zal verlaaten of sig daervan excuseeren,
 »anders dan met een volkoomen bewillinge van h. Ed. Gr.
 »Mog., en dat deselve dienaangaande voor syn vertrek gaerne
 »soude syn gerust gesteld."

Ex quibus verbis manifestum est, quanti Princeps fide-
 lem, strenuumque consiliorum adjutorem aestimaret. Qua-
 tamen honorifica ac blanda oratione non ita statim FAGELIUS
 a proposito suo destitut, dicens: »dat hy van eene absolute
 »meening was, soo haast de voorsz. synen vyfjarigen dienst
 »soude wesen geëxpireert, haer Ed. Gr. Mog. te bedanken;
 »— — dat hy meende daartoe overvloedige reedenen te
 »hebben, vermits hy evidentlyk sag, dat aan veele van de
 »Ingezeetenen van den Lande den voornoemde synen dienst
 »was onaangenaam, endat die aan hem vervolgens verwekte
 »seer veel haat en opspraak, en mitsdien ook minder gene-
 »gendheid, omme te acquiesceren aan het goedvinden van
 »den Staat, omdat het door syn handen en dienst passeerde
 »of gepasseert was; dat den voorsz. dienst daarenboven ver-
 »eischte een meer als gemeene vigeur en applicatie, en sulcks
 »alle de kragten van een volkoomen sterk en gesont Man,
 »en dat syne dispositie soodanig was vermindert, dat de
 »continuatie van den voorsz. dienst hem dreigde met veel
 »accidenten en toevallen in syne gesonthed, die niet anders
 »dan door rust konden werden geremedieert; dat hij daarom

» oock syne domesticque sacken daarna hadde gedirigeert,
 » omme buyten alle omslag syn leeuen, soo lang het God
 » Almachting gelieven soude hem dat te laaten, in stil en ge-
 » rustheid te eyndigen.”

Ac profecto rationes quas protulit FAGELIUS, graves et idoneae dici poterant; neque tamen impediverunt, quomodo nus Principis et Ordinum votis tandem cederet, qui unanimi voce declarare non dubitaverunt: »dat h. Ed. Gr.
 »Mog. en Syne Hoogh. haar volkomenlyk *in allen deelen*
 »gecontenteert hielden van den dienst, die hy Heer Raad-
 »pensionaris gedurende syn employ tot nog toe hadde ge-
 »daan ¹⁾.” Imo vero omnibus suffragiis paulo post ipsi iterum in quinque annos Consiliarii munus detulerunt ²⁾.

Mox Princeps se in Angliam contulit, cuius itineris duplex erat finis. CAROLUS enim, quamquam Mediatoris partes gerens, plus justo LUDOVICI causae favebat: quin etiam Parlamento diffidens, patriaeque causam prodens, ineunte a° 1676 clam cum Galliae Rege turpe pactum iniit, cuius instrumento nemo Administrorum subscribere audebat, quodque propria manu confidere coactus est. Convenerunt Reges, nullam pacem, imprimis cum Belgio foed. facere nisi mutuo consensu ³⁾. — Princeps igitur hujus negotii non ignarus consilium habuisse videtur, Regem a LUDOVICI partibus detrahere, et ut Gallus sibi in Parlamento facti-

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 13 Maart 1677.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 2 Jul. 1677, »met eenpaarige en consonante advisen van alle de Leeden — by continuatie geeligeert denselven Heer en M^r. CASPAR FAGEL.”

3) Vid. MIGNET, I. I. 382 ssq., Art. 5: «mais aussi de ne faire, conclure, ni signer aucun traité avec M. M. les États Généraux des Provinces Unies, ni avec quelque couronne, prince ou état, que ce puisse être, que de notre participation et mutuel consentement.”

onem parabat, ita GULIELMO, grato Anglis, non defuerunt, qui libertatem Europae ipsiusque Angliae tuerentur; nimirum legati BEUNINGIUS, REEDE et ODYHIUS, statim post conclusum foedus cum Anglis missi, nulla conamina et artes hunc in finem neglexerant, publice proclamantes bellum esse indicendum Gallis, ut cum populo suo in gratiam rediret Rex¹⁾.

Quidquid sit, Princeps mens. Octobri d. 8 a° 1677 Ordinibus Hollandiae, FAGELIO verba faciente, nuntiavit: »dat S. Hoogh. — — wel weetende, hoe veel aan desen Staat importeerde eenmaal uyt desen luctueusen oorlogh te geraken, — — ende geconsidereert hebbende, wat Syne Koninghl. Maj. van Groot Britanniën tot het bereycken van eene soodanige vreede soude kunnen contribueren, — — onophoudelyck hadde gearbeyt, om hoogstged. S. Maj. te permoveren tot eene vigoureuse resolutie. — — Dat Syne Hoogheyt nu jongst met den Heer Ambassadeur HYDE over het subject van deselve Vreede in conversatie geweest zijnde, — — de gemelde Heer Ambassadeur aan Syn Hoogheyt hadde betuyght, dat hooghstgedachte S. Maj. dienaangaande geerne mondelingh met hooggem. S. Hoogheyt soude willen confereren 2).” Propositum igitur huius iteneris, cuius veniam ab Ordinibus petebat, suisse dicitur, cum CAROLO de justis pacis conditionibus agere: aliud tamen consilium accedebat, ut nempe sibi peteret filiam JACOBI DUCIS Eboracensis in matrimonium; et erant haec nuptiae et Principi et Civitatibus foed. maximi momenti;

1) Cf. MIGNET, I. I. 317. BEUNINGIUS prope Westmonasterium aedes suas habebat «afin d'y recueillir plus facilement les plus factieux, pour les persuader par ses discours, ses présents et sa bonne chère.” — Dépêche du Marquis DE RUVIGNY 11 Mars 1675 (MIGNET I. I. 334). — Cf. MAZURE, *Hist. de la révol. de 1688 en Angleterre* (Ed. Brux.) I, 86.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 8 et 13 Oct. 1677.

nam cum nulla esset CAROLO proles legitima, MARIA natu major filia, patris JACOBI futura erat haeres¹⁾). Sed et Reipublicae tam arcta Regem Angliae inter et Belgii Gubernatorem intercedens necessitudo, commodo et lucro esse poterat: imprimis hisce temporibus, quibus expediret molestissimo illo bello evadere.

Neque spem fefellit eventus. Princeps, initis nuptiis confessim cum CAROLO de pacis conditionibus egit, quae erant, ut LUDOVICUS restitueret Imperatori omne quod in hoc bello perdidisset; Duc Lotharingiae Ducatum, haberentque Hispani urbes Athum (Ath), Caroloregium, Aldenardum, Corteiacum, Tornacum, Condacum, Valenceum, Fanum Guislani et oppidum Binch, et Civitates foed. urbem Trajectum ad Mosam²⁾.

Memorabilia sunt quaedam epistolarum fragmenta, quae FAGELIUS misisse dicitur ad BEVERNINGIUM illa tempestate, quaeque debemus curae doctiss. SCHOTEL. Ita die 15 m. Nov. »Alles,» scripsit, »is myns oordeels in Engelandt wel »overleyt, indien het maar soo geëxecuteert wert, daertoe »ik seer goede hoope hebbe, hoewel de Heer VAN BEUNINGEN »by eene missive van den 10^{de} desen middagh ingekomen »segt, dat de Franssen op Valenciennes en Tournay diffi »culteerden, maar dat de Coninck en de Hertogh bij haer »opinie blijven." Sic quoque post redditum Principis, ad BEVERNINGIUM retulit (12 Decemb. 1677). »Syne Hoogheydt

1) Gallorum legatus DE RUVIGNY quasi vaticinans jam dixerat a^o. 1674, quo filia JACOBI GULIELMO oblata fuerat, ab eo tum spreta: »que de fortes raisons l'obliguaient à craindre comme la mort la conclusion de ce mariage; qu'il devait regarder le Prince d'ORANGE comme l'idole de l'Angleterre, et qu'un tel gendre serait infailliblement sa ruine." (MIGNET, IV, 323).

2) TEMPLE, I. I. 434 ssq. — MIGNET, IV, 512 ssq.

»heest mij dan gesegt de saecken in Engelant soodanig te
 »hebben bevonden, dat Syne Con. Maj. ronduyt heeft ver-
 »claert niet te sullen treden in eenighen oorlogh met
 »Vranckryck, maer well de Hoogbgem. Con. Maj. disponeeren
 »tot conditien van Vrede, en dat S. Maj. sich absolut daer-
 »mede flatteerde, dat Vranckryck de condescendentie soude
 »hebben van deselve conditien intewilligen ¹⁾).”

Pauci admodum CAROLI consiliarii, hisce arcanis colloquiis aderant, qui erant TEMPLIUS, illo tempore in Anglia degens, et DANBY thesauri Administer ²⁾). Quarum deliberationum fructus hic fuisse videtur, ut ineunte a° 1678, FAGELIO et Principe auctoribus, foedus inter Anglos et Belgas conciliatorum iustum sit, ad promovendam pacem cum Gallis, Hispanis aliisque, et cum designatione locorum a Gallis restituendorum ³⁾.

Non contigit tamen FAGELIO neque Principi, illud ab Ordinibus Gener. ratum haberi, qui imprimis artibus DESTRADEI legati moti, metuisse dicuntur, ne hac conventione nimis cresceret GULIELMI auctoritas ⁴⁾). Aliud tamen eiusdem fere

1) Vid. doct. SCHOTEL op. I. p. 56. — Princeps ipse in Comitiis Hollandiae d. 17, m. Dec. 1677 de itinere suo retulit. Vid. *Resol. v. Holl.* eius diei.

2) Cf. TEMPLE, l. I. 434. — Scripsit FAGELIUS ad BEVERNINGIUM: »Syne Hoogheydt heeft mij dit (sc. eas conditions) in de uiterste secretesse verhaelt, en ik weet wel datter niemand is, of aan 't Hof of in den Staet, die tot nogh toe daervan eenige kennis heeft.” — Vid. SCHOTEL 1. 1.

3) Vid. KLUIT, Index Chron. No. 701.

4) Vid. MIGNET IV, 546 sq. ibique epistola missa a VAN DEN BOSCH ad DESTRADEUM, huius negotii rationes continens: »Je vous dirai que les États Généraux ont refusé de ratifier ledit traité. — L'autorité de Son Altesse est venue à un si haut point, et la plupart des gens les plus accredités sont si intimidés par l'exemple de Mr. DE WITT, qu'il

generis foedus, mense Martio, cum Anglis initum et confirmatum est ¹⁾).

Non ignorabat FAGELIUS illas DESTRADEI ceterorumque Galliae legatorum fraudes et machinationes, quibus metum apud Optimates de nimia Principis potestate quotidie alebant. Ita ad BEVERNINGIUM querens scripsit (d. 5 m. Jan. 1678), «nick weet, dat de Heer d'ESTRADES particuliere correspondentie heeft tot Amsterdam, en door syne brieven de menschen daer opset ²⁾.” Imo vero paulo post in concione Hollandiae de injuriis et calumniis, quibus Princeps afficeretur, copiose egit ³⁾.

Longius sit, neque proposito nostro conveniens, omnia, quae Noviomagi inter diversos legatos acta sunt, hic referre.

y a à douter, s'ils demeureront fermes dans le refus de la ratification. Ce qui fait encore craindre la colère du Prince est qu'on a découvert, que Mr. de BEVERNING est dans sa disgrâce, pour avoir trop pressé les villes de Hollande, de conclure le traité de Commerce et de déclarer, qu'elles ne pouaient plus fournir aux dépenses de la guerre et des subsides. Le pensionnaire FAGEL, qui est ennemi de M. de BEVERNING, a découvert l'affaire au Prince d'ORANGE.”

1) Vid. DUMONT, *Corps diplom.* VII, 1. 348. — *Sscr. Resol. v. Holl.*
23 Maart 1678.

2) Cf. SCHOTEL, op. 1. p. 56.

3) Vid. *Resol. v. Holl.* 28 Maart 1678. »De Raadpensionaris heeft ter vergaderinge bekent gemaakt, — — — dat den Heer Ambassadeur d'ESTRADES aan eenige van sync correspondenten tot Amsterdam, soude hebben geschroven, dat Syne Hoogheyt den Heere Prince van ORANGE diégene was, die de vrede wederhiel of niet begeerde, en dat den voornoemde correspondent sulcks binnen voorsz. stad was debiteerende, nietegenstaande hetselfe eene grove en vuile onwaarheid en calumnie was, nergens anders toe tenderende, dan om de gemoedere van de ingezetenen tegens de Regeeringe te exacerbeeren en verbitteren. En dat hy ook was geadverteert, dat eenen PHARO, zynde van de Jood-sche natie, seer vuile, schandaleuse en seditieuze discoursen, tot groot nadeel van het gemeen, was voerende.”

Sufficit igitur dixisse, rem tam molestam et intricatam fuisse, GULIELMO negotium impediente, ut vix ad finem perduci potuerit. Ipse FAGELIUS cum quibusdam aliis ad Principem, degentem Antverpiae, missus est, qui cum eo de pacis conditionibus, nec non de diminuendis tributorum et belli impensarum oneribus agerent¹⁾. Tantum erat desiderium pacis, ut Ordines Hollandiae mox publice declararent, »dat het haer Ed. Gr. Mog. seer leet is, dat de constitutie, daarin de selve haer bevinden, den Staet obligeert om gehoor te geven aan voorslagen van vrede, die hooghgem. S. Hoogh. schadelyck en ruineus acht, en van herten wenschen, dat sy capabel en maghtig moghten syn, die van de handt te kunnen wysen²⁾.» Quin etiam, oblatis a Gallis probabilibus pacis conditionibus³⁾, BEVERNINGIUM jusserrunt se conserre in Gallorum castra, ut de induciis in sex hebdomades ageret; quibus ictis Ordines Hollandiae mox decreverunt, pacem omnino esse acceptandam, qualem proposuerit Rex LUDOVICUS⁴⁾.

Post multas longasque ambages, illa pax tandem conclusa est die 17 m. Sept. aº. 1678⁵⁾, de qua fuerunt diversa judicia ac opiniones.

Si in hoc negotio merito magnas egisse partes BEVERNINGIUS fertur⁶⁾, non minorem profecto operam FAGELIUS ei navavit.

1) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 25 Maart 1678.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 6 April 1678.

3) Vid. *Resol. v. Holl.* 27 et 30 April, et *Secr. Resol. v. Holl.*

3 Mey 1678.

4) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 15 Jun. 1678, dat de voorschreve Vrede in soodaniger voegen, als deselve by S. Maj. van Vranckryck aen desen Staet gepresenteert werdt, *absolutelyck en sonder eenige haesitaties sal werden aangegaan, en geaccepteert.*»

5) Vid. DUMONT, *Corps diplom.* VII. t. 350 sq.

6) Cf. WICQUEFORT, *l'Ambassadeur et ses Fonctions*, pag. 443, «aussy

Nam, ut silentio transeamus ea, quae in Comitiis Hollandiae quotidie fere agere solebat, BEVERNINGIUS cum eo non tantum, ut supra monuimus, epistolarum commercio utebatur, sed etiam de eo negotio colloquia singulis hebdomadibus habuisse videtur¹⁾.

Non tamen ea pax FAGELIO omnino probata et accepta fuisse videtur, qui forte cunctando et negotium in longum ducendo, meliores Reipublicae et sociis speraverat conditiones. Memorabilis est epistola supra laudati JACOBI VAN DEN BOSCH ad DESTRADEUM (8 Jun. 1678): »on prépare bien des affaires à ceux qui ont gouverné, et vous en entendrez parler à la première assemblée de Hollande. Les députés seront chargés de demander le compte de l'emploi de cinquante millions par an, qui ont été levés et délivrés depuis neuf ans. On demandera aussi la réforme des troupes, qu'on diffère d'exécuter, quoique résolue. Plusieurs se trouveront embarrassés de répondre sur les deux articles. — — — M. le Pensionnaire FAGEL, son Altesse étant présente, dit dans l'assemblée, qu'il allait quitter sa charge, mais M. HOOFT, bien bon ami, lui répondit qu'on ne la quittait pas de cette manière, qu'il fallait voir, comment il l'avait exercée, et qu'il rendit compte de ses actions. M. le Pensionnaire FAGEL ne repartit rien

lui a-t-on confié toute la négociation, qui s'est faite à Nimègue, et c'est luy, que les Estats ont choisy, pour l'aller achever avec le Roy Tresschrestien aupres de Gand (Wetteren).” Cf. et SCHOTEL, *Jets over Hier. van Beverningh etc.* p. 48 ssq.

1) Vid. apud SCHOTEL, op. I. p. 52, epistola FAGELII ad BEVERNINGIUM (5 Oct. 1675), qua eum invitavit, ut colloquium haberet, over verscheyde saecken van importantie, het maniement van den vreede concerneerende. — — — Ick bidde u, dat de jalousie, die den Heer VAN HAREN nyt onse conferentie soude mogen opvatten, magh werden gemanageert, want wy sullen die, so ick vreese, alle week eens moeten houden. Godt geve dat die van goed effect mogen syn.”

»et se retira de l'assemblée. M. HOOFT dit tout haut devant son Altesse, que s'il eût parlé, il aurait lu publiquement treize articles d'accusation, qu'il avait déjà tirés de sa poche. — — — Dès le soir même M. le Pensionnaire FAGEL se mit au lit avec la fièvre et est très mal; il court un bruit, qu'il a voulu s'empoisonner, comme fit le gref-fier MUS (MUSCH) 1).

Qualem FAGELIUS sententiam de illa pace tulerit, postea maxime videbimus, cum semper aegerrime de ea loqui soleret; efficitur etiam e declaracione Ordinis Equestris, qui FAGELIO utebatur Consiliario: »de Heeren van de Ridder-schap ende Edelen moeten haer dan ten uiterste bekla-gen, dat den Staet is gebracht in een soodanigh labyrinth, »dat deselve niet konnende missen de vruntschap ende alliantie van andere Potentaten ende Rycken, in haren nooddt beswaarlyck getrouwe vrunden vinden sal, die haer sullen willen assisteeren, dewyl men van dese syde al te evidentie ende beklaagelycke preuven gegeven heeft, van dat men capabel is alle convenientien van anderen aan een syde te stellen, als men meynt de syne te kunnen bekomen 2).”

1) Vid. haec epistola apud MIGNER IV, 584. — CORNELIUS MUSCH erat Ordinum Gener. Graphiarus tempore GULIELMI II, et auctor fuisse dicitur libelli, quo Gubernator rationes exposuit expeditionis in Amstelodamum aº. 1650. Vid. WICQUEFORT, (m. s.) I. VII, 240.

2) Vid. Secr. Resol. v. Holl. 19 Sept. 1673.

CAPUT II.

DE FAGELII CONSILIARI REBUS GESTIS INDE
A PACE NEOMAGENSI USQUE AD
ANNUM 1688.

§ 1. 1679—1688.

Pervenimus ad alteram **FAGELII** vitae partem. Vidimus quantum navaverit ille studium, suscepta tristissimis temporibus Consiliarii dignitate, ut bellum gravissimum honesto modo componeretur; et revera biennio post delatum ei amplissimum honorem, non tantum Anglia coacta erat pacem a Civitatibus foed. petere, sed etiam **FAGELII** prudentia effectum est, ut cum diversis Regibus vel Principibus foedera inirentur, quibus **LUDOVICI** lubidini frena injici possent.

Non minus hocce ultimum **FAGELII** vitae decennium abundat rerum memorabilium, imprimis cum cogitamus immortalem **GULIELMI** expeditionem in Angliam; sed ab altera parte non minor est difficultatum moles, ita ut non sine angore ad illa tempora enarranda progrediamur; nam deficientibus primariis fontibus, quales sunt epistolae ad amicos et familiares, ex quibus animus et cogitationes sincere, quasi e speculo, redduntur, vir publicus e rebus publice

gestis judicandus est; et eo molestius est de FAGELII rebus gestis rectum judicium ferre, quod in tanta opinionum varietate verum a falso distingui fere non possit; nam cessaente belli metu, mox partium factionumque studia resuscitabantur; et praesertim FAGELIUS hac periodo quam maxime obnoxius erat aequalium vituperationibus et exprobationibus.¹⁾.

DAVAUXIUS Civitates foed. divisas fuisse docet in duas potissimum factiones, quarum altera constaret ex iis, qui a GULIELMO donati honoribus et muneribus, eius partibus quam maxime faverent; altera vero esset eorum, qui antea WITTIANAE factionis fuissent participes et regiminis formae, qualis WITTI tempore fuerat, adhaererent. Hi, teste Gallo, erant numero quidem pauci, verum natalium splendore aut munerum gestorum memoria insignes ac conspicui; nonnulli a° 1672 seditionibus et turbis coacti, loco suo moti fuerant, alii vero se in dignitatibus suis sustinuerunt, aut a Principe fuerant restituti. Vel sic tamen hi omnes Principi erant infensi, cum metuerent, ne eius potestas plus quam conveniret patriae saluti ac libertati, augeretur.

Quin etiam auctor nobis est DAVAUXIUS, aliquot ex iis metu crescentis illius auctoritatis, eo fuisse abreptos, ut non abhorrerent a renovati belli calamitatibus, et jam cum

1) Ad cognoscendam horum annorum historiam plurimum faciunt Memorabilia Comitis DAVAUXII, Gallorum legati, (*Négociations du Comte d'AVAUX*). Ille enim magna valens vitae civilis experientia et multorum Batavorum commercio ac necessitudine usus, recte judicare poterat de vero rerum statu. Attamen eius scripta non nisi prudenter legenda sunt, et imprimis ubi judicium fert de FAGELIO; erat enim hic acerrimus legati adversarius, cum id perpetuo studeret, ut eius consilia et machinationes frangeret, quo factum est ut DAVAUXIUS eum saepius injuriosius tractaret.

Gallorum legato de invocando LUDOVICI interventu et auxilio agerent¹⁾). Huius factionis principes erant Amstelodamenses; ceterae Hollandiae urbes Principis consilia sequi solebant. Ita quoque dominabatur GULIELMUS in Provinciis Zeelandia²⁾, Trajectina, Gelria et Transsalania. Acerbius quam verius DAVAUXIUS de his Principis asseclis: «ce sont tous gens, »ait, «si on en excepte cinq ou six personnes, qu'il a élé-»vées de la poussière, pour mettre dans la Régence, qui »n'ont nul crédit que celui, que leur place leur donne, »et qui, n'ayant d'autre subsistance, que celle, qu'ils »tirent de leurs charges, sont par conséquent intéressés à »maintenir le gouvernement de l'État dans la dépendance »du Prince d'ORANGE³⁾.

Hocce partium studium jam in deliberationibus de pace Neomagensi manifestum erat; at depositis armis, magis magisque crevit discordia. Ita paulo post magnis animis quaestio agitata fuit, orta inter Frisos, Ommelandos et Ordines Generales, utrum hisce, an vero singulis Provinciis jus competeteret dimittendi milites, qui apud illas Provincias stipendia mererent?

Quae sane controversia non erat nova⁴⁾. Jam vero Ordinum Gener. decreto de exauctorandis quibusdam militum copiis, nunc iterum Frisi et Ommelandi fortiter obsti-

1) Cf. D'AVVAUX *Négociations I*, 139 sqq. «que s'il leur falloit en avoir un, il aimeraient mieux avoir un grand Roi, qui les peut protéger, qu'un petit prince, qui les opprimat.» Cf. et p. 143, alia.

2) Vid. MICHAEL MICHELSZON, *Burlesque notulen der Staten v. Zeeland*, in opere doct. JAC. SCHELTEMA, *Geschied- en Letterk. Mengelwerk*, T. II, 1. p. 110 ssq.

3) Cf. D'AVVAUX I, 2.

4) Vid. de illa quaestione S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften*, T. IV, 50 ssq.

terunt, putantes hocce jus sejungi non posse a summo imperio, quod singulae Civitates in suis regionibus haberent¹⁾). Querela ipsa mox tantam exseruit vim, cum Provinciae illae obstinate perseverarent in sua contumacia, ut Principi et Ordinibus Gener. periculoso videretur de quaestione ulterius agere²⁾). Et in quantam Amstelodamensium suspicionem Princeps inciderit, cum occasione illius controversiae, tum universe ex procuranda re militari, in primis patet e verbis publice in concione Hollandiae dictis: »dat de fortificatie van Naarden maar soude kosten drie honderd duitsend guldens, edoch dat den tijdt wel soude kunnen komen, »dat Amsterdam om drie miljoenen wel soude wenschen, »dat die noyt gemaackt was geweest³⁾.”

Ex foedere a° 1673 cum Hispanis facto, urbem Trajectum ad Mosam iis tradere promiserant Ordines Generales⁴⁾; quapropter composita pace et restituta illa urbe Civitatibus foed., Hispani eius traditionem etiam atque etiam rogarunt. Sed, mirabile dictu, Ordines Hollandiae, itemque Generales eam urbem se reddituros esse uno altero reponso negarunt, nisi Hispani satisfacerent Principi in eo, quod secundum foedus 1648 genti Arausiaca, et ob impensas nuper factas Collegiis Archithalassicis deberent⁵⁾.

1) »Dat de dispositie over de militie in 't stuk van de cassatie een recht is, immediatelyk van de souverainiteyt dependeerende ende mitsdien de respective Bondtgenoten eygen” Vid. *Resol. van h. Ho. Mag.* 28 Octob. 1678.

2) Vid. WAGENAAR, XV, 35.

3) Exciderant illa verba urbis Amstelodamensis Consiliario CONRADO VAN HEEMSKERK; Amstelodamensium excusationem ob illa Principi factam, legimus in *Sscr. Resol. v. Holl.* 10 Maart 1679.

4) Cf. supra p. 41.

5) Cff. *Resol. v. h. Ho.* Mo. 5 Aug. et 3 Octob. 1679. — *Resol. v. Holl.* 25 April, 13 et 20 Sept. 1679. — *Actes et Mémoires de la paix de Nimègue*, T. IV, II, p. 604 ssq. — MIGNET IV, 702 sq.

Profecto urbs Trajectum magni erat pretii Civitatibus foed., cum ea capta facilis esset via in intestinas regiones Reipublicae; et experientia cognitum erat, quanta socordia Hispani urbes et castra munire solerent; praeterea debebant Hispani magnam pecuniam pro ope et auxilio classium, missarum in mare Mediterraneum. Sed ab altera parte sancte et solemniter illius urbis traditio promissa erat. Porro Hispani, bello Gallis indicto, mox Civitatibus foed. succurrerant, quatenus ex inopia potuissent. — Quidquid sit, ipse Princeps urbis traditioni quam maxime obstitit ¹⁾. Non tantum justitiae, verum etiam prudentiae civilis praeceptis parum consentanea videri debebat ista Civitatum foed. agendi ratio, cum earum perquam interesset Hispanos sibi amicos habere, et metuendum esset, ne Galli aliquando ambitiosa consilia exsequerentur ²⁾.

Neque eventus metum fefellerit. Nam LUDOVICUS, etiamsi et bellum gestum et conditiones pacis ei profuissent, regni suiibus prolatis, tamen non destitit a pristinis consiliis, et quiete, qua omnis fere Europa tum fruebatur, abusus est, ut de novo vires suas colligeret. Magni autem momenti ei erat Civitates foed. secum conjunetas habere. Superbia tamen non sivil, ut primus parvam Rempublicam, quam oderet et aspernaretur, adiret de tali foedere ineundo. Sed Ordines Gen. legatis suis BOREELIO, DYKVELIO et ODYKIO mandaverunt, ut Regi offerrent quidem Reipublicae amicitiam, verum novi foederis mentionem nullam injicerent: et merito a foedere abhorrebant cum Rege, cuius ambitioni

1) Vid. WAGENAAR, XV, 13.

2) Centum et quod excurrit annis post recocca est lis illa a JOSEPHO II Imperatore, ac tandem sopia foedere d. 8 Nov. 1785, art. 14, 15. Vid. KOCH, *Abrégé de l'histoire des traités de paix*, II, 224.

neque Pax Pyrenea, neque Aquisgranensis vel Neomagensis satisfacere potuissent¹⁾: hac igitur prudenti agendi ratione, quae tribuenda est FAGELIO²⁾, periculum effugerunt, ne Respublica foederis vinculis ligata, impeditetur, qnominus prosperitati ac commodis suis consuleret. Quin etiam Princeps id agebat, ut esset cum Anglia aliud foedus, quo non tantum pacis Neomagensis robur ac fides confirmaretur, sed LUDOVICI quoque dominandi lubido compesceretur. Quapropter intelligens, Ordines Gener. non facile tali foederi aures praebituros esse, clam in Anglia egisse fertur, ut ipse CAROLUS Civitatibus foed. illud proponeret³⁾.

Non opus est ut longe quaeramus, cur ille Regem Anglorum sibi socium vellet, etiamsi dubia CAROLI fides ei pernota esset, nam primum concluso tali foedere, non dubitabat, quin et consociato Imperatore, multi alii Germaniae Principes, quorum interesset tranquillitatem Europae tueri⁴⁾, foederi essent accessuri. Ita brevi Unio magna contra LUDOVICUM conderetur; praeterea inter alias causas, quibus Princeps ducebatur, non minimo erat loco amor, quo Angli eum prosequebantur, cum haberetur Religionis Reformatae vindex et defensor, quam illius pupuli voluntatem sibi conservare cupiebat, cum propter necessitudinem, qua recentibus nuptiis Britanniae devinctus erat, tum vero propter spem, quam ipse colebat, quamque TEMPLIUS, SIDNEY aliquique alebant⁵⁾, fore ut aliquando, si non CAROLO, JACONO tamen

1) Cf. WAGENAAR, XV, 41.

2) Vid. *Secr. Resol. v. Holl.* 24 Sept. 1678: "de Raadpensionaris heeft ter Vergaderinge gerapporteert — — — dat hy Raadpens. by de gemelde Heeren gedeputeerden daartoe verzocht zynde, hadde geconciept ende op 't papier gebracht de instructie" etc.

3) Cf. D'AVAUX I, 14 sq. 17.

4) Cf. D'AVAUX I, 13. — WAGENAAR XV, 46.

5) Cf. D'AVAUX I, 44, 115.

succederet in regnum. Probabilis est DAVAUXII opinio, metuisse eum ne foedere concluso cum Gallis, amitteret illum Anglorum favorem ¹⁾.)

FAGELIUS, ab intimis Principis consiliis numquam fere alienus, negotio illi quam maxime favebat: ita ut, Hispanis potentibus, ut paci Neomagensi fides praestaretur, foedere concludendo Anglos inter et Civitates foed. ²⁾, de tota re ad Ordines Holl. arcano conventu retulerit, foedus faciendum esse suadens ³⁾). Imo vero fertur hoc artificio usus esse: singulis enim urbium delegatis nuntiavit, se propositurum esse conventionem cum Gallis; Regem LUDOVICUM tum contentum fore, ita ut iis liceret cum Anglia quoque pactum inire; quo utrimque Civitates foed. securae esse possent; sed oportere foedus cum Rege Britannico praecedere ⁴⁾). Eo modo adsequi conatus est finem, nec mirum, (nam nota est eius persuadendi vis,) si Ordines Hollandiae victi essent, nisi Gallorum legatus dolum dolo superasset. Hic enim a sua parte quoque singulos urbium delegatos adiit eosque strenue alia omnia docuit, Regis iram iis comminatus. Non opus est, ut amplius dicamus, FAGELIUM hancce

1) Cf. D'AVAUX I, 11 sq.

2) Cf. *Resol. v. Holl.* 13 Sept. 1679.

3) Cf. *Secr. Resol. v. Holl.* 6 Oct. 1679: »de Raadpens. heeft ter Vergadering gerapporteert, dat de Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommitteerden — hadden geexamineert de memorie bij den Heer DON MANUEL FRANCISCO DE LIRA extraord. Envoyé van S. Kon. Maj. van Spaigne, — raakende het maken van een garantie van de Vrede, jongst met S. Kon. Maj. van Vrankrijk gesloten, en versoeckende, dat de acte van dien, — hoe eerder soo beter tot perfectie soude mogen werden gebracht, ende dat de gemailde Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommitt. van advyse souden syn, dat by hoogstged. S. Kon. Maj. van Groot Brittannie en desen Staat soude behooren te worden gepasseert een akte van garantie.“ —

4) Cf. D'AVAUX, I, 27: »une ruse qui n'étoit pas mauvaise.“

legati inusitatam agendi rationem aegre tulisse¹⁾). Iisdem fere argumentis allatis ipsum Gallum circumducere studuit, dicens Civitates foed. non aliam ob causam illud foedus iniisse, nisi quod essent obstrictae illud facere, quo icto demum liceret iis se conjungere cum LUDOVICO²⁾.

de Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommittt. — — — hadden geëxamineert het rapport, gedaan van den uitval van de Deputatie, die S. Hoogh. en de Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommitteerden — — — hadden afgeleid aan de Heeren Burgemeesteren en Raad van de Stad Amsterdam. — — — En dat de gemelde Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommitteerden van advise souden zijn, dat de voorsz. wervinge behoorde voorttegaan en effect te sorteeren, — — — hoe eerder soo liever, schoon ook de gemelde Heeren Burgemeesteren en Raad van de voorsz. Stad, buiten vermoeden, souden moogen blijven persisteren, om haar consent daartoe niet te dragen.”

1) Cf. d'AVAUX, II, 36: »Ils (scilicet Amstelodamenses) m'envoyèrent encore un homme pour me representer l'embarras, où ils étoient, d'avoir à soutenir seuls tous les efforts du Prince d'ORANGE et du Pens. FAGEL.”

2) Cf. *Resol. v. Holl.* 30 Dec. 1683. — Cf. quoque d'AVAUX, II, 92: »Je reçus un billet de Messieurs d'Amsterdam, qui me prioient instamment de délivrer aux États Généraux le mémoire, que je leur avois communiqué deux jours auparavant, en y changeant seulement quelques termes, qui les auroient désignés trop clairement. Ce mémoire fut présenté fort à propos, pour détruire tous les faussétés que le Pens. FAGEL avoit avancées le même jour aux États Généraux.”

3) Cf. d'AVAUX, II, 59. — Cf. *Resol. v. Holl.* 14 Dec. 1683.

tulerunt, et in concione Hollandiae (d. 22 m. Dec.), ore et scriptis vehementer de ea questi sunt ¹⁾. FAGELIUS et Princeps revera hac Hispanorum declaratione, quamquam frustra, usi sunt, ut de novo delectum urgerent ²⁾; frustra Princeps fidem obstrinxit, se copiis non usurum esse, seque contentum fore specie delectus, Ordines supplicans ut servarent aestimationem suam apud exterros; frustra HEINSIUS e Gallia redux affirmavit, jam dudum pacem compositam fuisse si delectus tempore utili factus esset ³⁾. Perseveraverunt Amstelodamenses; ita ut tandem delectus perlatus sit die 31 m. Jan. 1684 pluribus suffragiis ⁴⁾; cui decreto Amstelodamenses intercesserunt declarantes: »dat de Heeren
 »Burgemeesteren en Vroedschap de voorsz. conclusie niet
 »anders, als voor nul en onwaerde kunnen aanzien, en
 »dat sy dies deselve nimmermeer kunnen respecteeren
 »voor eene wettige resolutie van h. Ed. Gr. Mog., maar
 »alleen voor eene conclusie, gelyck waerlyck is, van de
 »Heeren van de Ridderschap en vyftien Leden van de

1) Cf. *Summier Vertog van de Heeren Gedeputeerden der Stad Amsterdam*, apud SYLVIUM, *Vervolg op AITZEMA*, L. XXII, p. 2: »dat by voorname Leden de voorgeroerde Spaensse declaratie van oorlog — — — — haare voorspraak heeft gevonden.” — Cf. D'AVAUX, II, 64: »Le Pens. FAGEL s'excusa d'enrégister cette proposition, sur ce que l'Assemblée n'étoit pas complète;” — Vid. WAGENAAR XV, 148 sq.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 23 Dec. 1683: »De Raadpensionaris heeft ter Vergaderinge gerapporteert, dat de Heeren h. Ed. Gr. Mog. Gecommitteerden — — — — eendragtelijk (de Heeren Gedeputeerden der Stad Amsterdam alleen uitgesondert,) van advyse souden syn, dat hoe eer soo beeter in de bewuste wervinge van sextien daïsent man geconsenteert, die tot conclusie gebragt en werkstellig gemaakt soude behooren te worden.”

3) Cf. D'AVAUX, II, 57 sq. 125 cet.

4) Cff. WAGENAAR, XV, 177. — D'AVAUX, II, 157. — Vid. *Resol. van Holl.* 31 Jan. 1684.

»hooggem. Vergaderinge ; ende daernevens van nu af aan moeten verklaren, dat sy niet gesint syn yetwes tot verval van de kosten der voornoemde wervinge te contribueren”¹⁾.

Ita in dies crescebat discordia; Amstelodamenses in magnam veniebant suspicionem, ita ut Nobiles proponeant illos, qui commercio uterentur cum exteris legatis, concione arcendos esse²⁾). Quam acerborem rogationem FAGELIUS, si non suggessit, probasse certe videtur, quippe qui statueret : »dat particuliere besendingen of deputationen, die gedaan souden mogen werden aan de Leden van de hooggem. Vergaderinge, in het particulier, over saacken den gemeenen staat der Landen betreffende of daartoe reflexie hebbende, in den hoogsten graad waren strydig tegens de wettelyke ordre en vorme van Regeeringe, — — — en nergens anders toe strekken konden, dan om separatie, scheidinge, en consequentelyk dissentie en oneenigheid te veroorsaaken, daar anders de saacken, terselver Vergaderinge ordentelyk, en de Leden ongepreoccupeert, voorkomende, by wisselinge van reedenen, door goede onderrigtinge en onderlinge communicatie ten beste van de gemeene saken, soude kunnen werden gevenneert”³⁾). — Ab altera parte populus Amstelodamensis magistratibus suis contra Principem favebat; edebantur libelli injuriarum pleni; Principi nimius belli ardor imputabatur⁴⁾; omnes trepidare et metuere ne Princeps

1) Vid. *Resol. van Holl.* 31 Jan. 1684. (*Aanteekening van de Stad Amsterdam*). — Delegati quoque ex urbibus Delphis et Scidamo huic decreto obstiterunt.

2) Vid. WAGENAAR, XV, 161.

3) Vid. *Resol. van Holl.* 31 Dec. 1683 et 18 Jan. 1684.

4) Vid. *Resol. van Holl.* 31 Dec. 1683. — WAGENAAR, XV, 195.

urbem aggrederetur, portas claudere, moenia custodire, majora nocturna praesidia vigiliasque instituere¹⁾.

Paulo post ira Principis in Amstelodamenses erupit, interceptis literis D'AVAUXII, e quibus manifestum erat, quid hic cum Gallo egissent. Hac epistola recitata in concione a FAGELIO²⁾, mox summa indignatione capti sunt Nobiles certique urbium delegati; Amstelodamensium chartae et instrumenta Hagae Comitum domi obsignata sunt; suspecti designabantur, imprimis GERARDUS HOOFT, Senatui Amstelodamensi adscriptus et JACOBUS HOP ejusdem urbis Consiliarius. Harum molestiarum praecipuus auctor habebatur FAGELIUS, qui paulo post peculiari libello defendisse fertur Ordinum agendi rationem³⁾. Cui scriptio mox Amstelodamenses alio edito libello responderunt, quo »de vuylardigheid en calumniesheit van de beschuldigingen“ refutare conati sunt⁴⁾. Quin etiam FAGELIUS in Ordinum conventu questus est de illis Amstelodamensium vituperationibus⁵⁾, et universe hac occasione in odium popularium

1) Vid. WAGENAAR, XV, 302. — Cf. D'AVAUX, II, 22, 121, 140.

2) Cf. D'AVAUX, II, 196: »Le Pensionnaire FAGEL fit des commentaires à sa mode à chaque article.“

3) *Missive van een Regent ter Vergadering van haer Ed. Gr. Mog. de Heeren Staten van Hollant en West-Vrieslant, op den 16 Febr. 1684 praesent synde geweest, aan een ander Regent, over hetgeen aldaar terselven dage voorgevallen is.* Auctor latebat sub nomine PHILAETHES. Exstat et poema quoddam: *Hollandts koorts*, pag. 32, ubi: »De Raadpens. FAGEL had om de Heeren van Amsterdam swart en doodschildig te maken, een boekje onder de naam van PHILAETHES uytgegeven, geintituleert *Missive van een Regent etc.*, vol goddeloos lasteringen en schrikelyke calumnien, waarom hy naderhand de naam van PHILAETHES heeft behouden.“ — Cf. et WAGENAAR XV, 194, sq.

4) *Verantwoording van het beleidt der Heeren van Amsterdam*, p. 103.

5) Vid. *Resol. v. Holl.* 16 Maart 1684.

incidit, cuius documento vari sunt libelli famosi, tum editi¹⁾.

Ut in Hollandia litigatum erat de delectu, ita deinde in Ordinum Gener. conventu negotium manebat spinosum et difficile, resistantibus imprimis Zeelandis, Friesiis et Groninganis, ita ut FAGELIUS morae impatiens, in concione Hollandiae suaderet, delectum fieri etiam si aliae Provinciae consensum denegarent²⁾. Negotium tamen ad finem perductum non est, deliberationibus supervenientibus de induciis ineundis Hispanos inter et Gallos.

Memorabile est colloquium, quod FAGELIUS in eunte hoc anno cum Brandenburgico legato FUCHSIO habuisse fertur. Hie enim missus ab Electore, (qui nunc magis Reipublicae

1) Nimis longa esset series libellorum, qui contra FAGELIUM in vulgus spargebantur; sufficiat nonnullos enumerare: *Missive aan N. N. behelsende enige remarques over de missive van een (soogenaemt) Regent.* »En sonde dese onbetamelyke manier van schryven daerom nog te meer te verfoeyen syn, ingevalle dat de vooroemde missive, (gelyk eenige met reeden meenen te sustineeren,) uyt de penne van den Heer Pension. FAGEL mogt syn gevloeyt, en die wel had behooren te weten, dat een dienstnegt syns Heeren niet moet twisten, (veel min lasterlyk spreken,) maar vriendelyk syn tegens alle.”

Antwoordt van een Republiquain op het lasterschrift van den nieuwe VARGAS, schuilende onder den naam van PHILAETHES.

Trouwchartige aanspraak aan alle Borgers en ingesetenen der Stad Amsterdam p. 7: »doch wie dat dese PHILAETHES is, is my onbekend, maar soo myn onderregt is, soo zonde het een Geldersman syn van een seer ongeachte familie, die reedelyck door de studie gevorderd, voor desen als advocaat alhier voor den Hove heeft gepostuleert, en nu met de aansienelykste Carakter van den Staat is bekleed, hebende ook meestal syn geslagt, die meerendeels waren behoeftig en belast met schulden, in goede occasy en profitable ampten gesteld; ik wil niet twyfelen of de Heer Radpensionaris sal desen PHILAETHES best bekent syn.”

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 29 Maart 1684.

partibus favebat, quam Gallorum), ut Principi demonstraret miseram rerum conditionem, qua tota Europa versaretur, et ut Ordines Gener. doceret, in Hispania non magis vires opesve, quam consilia ac prudentiam adesse, ad iudicium bellum felici successu prosequendum; unde Electori bonum videretur, ut consilia temporibus accommodarentur, ne in summam perniciem Respublica, discrepantibus ibi sententiis, perveniret¹⁾: »FUCHSIUS inquam, Hagam Comitis profectus, ibi mox FAGELIUM adiit, qui ei de rerum statu dissentiendi huius fere modi respondit: »Rempublicam certe in summo periculo et confusione versari, sed priori seculo, quum Harleum amissum, Leida et Alemania miro modo servatae essent, pejus adhuc rem se habuisse: eundem Deum adhuc vivere: justam sibi causam esse: — — ac satius esse Gallo ad Bruxellas et Antverpiam, quam ad Bredam aut Dordracum occurrere: calamitates, quas Galli Civitatibus foed. intulerunt, in recenti memoria esse; ac praestare millies mori, quam violentiae Louvoisii, mortalium immanissimi, aut Questoris cuiuspiam exponi: Majores pro libertate mortem oppetiisse, immortali gloria relicta, quorum exemplum sequi placeat²⁾.»

Interim DAVAUXIUS, iterum libello exhibito die 17 m. Febr., nomine LUDOVICI inducias Imperatori itemque Hispanis obtulit in viginti annos, declarans Regem nulla hostilia acturum esse, dummodo Civitates foed. speciali pacto, cuius fidem praestaret Rex Britannicus, se obstringerent, ut adigerent Hispanos intra duas vel tres menses, vel ad accipiendas conditiones d. 5 m. Nov., vel ad ineundas oblatas

1) Vid. PUFENDORFIUS, op. l. p. 1200. — Cf. D'AVAUX, II, 249, qui hunc legatum nominat «une créature du Prince d'ORANGE.» — Cf. et p. 254.

2) Ibidem.

indicias, hac tamen clausula adjecta, ut, si Hispani hocce temporis spatio non uterentur, Civitates foed. nullum auxilium darent Regi Hispanorum neque contra Regem, neque contra eius socios ¹⁾.

Hispani in hoc desperato rerum statu inermes LUDOVICO resistere non poterant; maluerunt tamen fortiter extrema experiri. Iterum ab Ordinibus Gener. auxilium implorabant et petebant, ut e foedere Gallis bellum nostrates indicerent. Missae quidem sunt opera GUILIELMI, medio mens. Martio, novae copiae, recusarunt vero Hollandi bellum indicere²⁾.

Legati cum Imperatoris, tum Principum Germaniae, dum haec agebantur, Hagae de conditionibus deliberantes, quibus pax vel induciae Gallos inter et Hispanos fieri possent, inducias proposuerant generales in septem vel octo annos, ea lege ut restitueret Rex LUDOVICUS quae post pacem Neomagensem occupavisset, urbes aliave loca ³⁾.

LUDOVICUS hisce recusatis, mox ipse magnis cum copiis Flandriam invasit, urbemque Luceburgum arctius cinctit; nuntiavit tamen eodem tempore Ordinibus Gener. se pacem facturum cum Hispanis, si ei traderetur illa urbs, additis

1) Vid. *Resol. v. h. Ho. Mo.* 17 Febr. 1684. — Cf. et D'AVAUX, II, 189 ssq.

2) Vid. *Res. v. Holl.* 14 Maart 1684: «Is goedgevonden en verstaan dat de voorsz. rupture sal werden gedeclineert, maar dat de se-coursen sullen worden vermeerderd. — — — — Dat het gesonden en nog te senden secours sal werden geëmployeert tot defensie van de barriere, en dat S. hooghgem. Hoogh. daardevens sal worden versocht, die voorsieninge te doen, dat de Trouppes van desen Staet niet mogen werden geëmployeert tot het doen van Brandschattingen, of het vorderen van Contributien op den bodem van S. Kon. Maj. van Vranckryck.”

3) Vid. *Resol. v. Holl.* 4 Maart 1684. — Cf. WAGENAAR, XV, 222 sq. D'AVAUX, II, 231 ssq.

compluribus aliis: praeterea se Civitates foed. hostes habitum esse, si hae conditiones repudiarentur¹⁾.

Hic libellus DAVAUXII Principem omnesque ejus assecelas quam maxime affligebat²⁾. Non ignorabant enim hi, quam difficile esset vel Civitates foed. ad bellum gerendum contra Gallos impellere, vel deliberationes longius ducere. Deinde non levis momenti erat conservatio Luceburgi, per quam urbem via esset Germanis ad Belgii Hispanici provincias. Quanti FAGELIUS eam aestimaret, patet e responso, quod dedisse fertur Brandenburgico legato VAN DIEST: »Gallo per rinde esse, utrum invitatis an volentibus Hispanis Luceburgum accipiat; sed suae Reipublicae honestius esse, id per vim exigi, quam interveniente pacto. — Se numquam id acturum esse, ut Hispani ad cedendum Luceburgum compellantur. Ex ea urbe magnam partem Germaniae ac Belgii fata pendere, ac perinde esse, si non manus, sed caput abscindatur, ut servetur corpus; eius urbis jactura quatuor Electores Gallis tributarios fieri; — — — — cives, ubi sana mens redierit, sero questuros esse, quod per falsa blandimenta, aut intempestivam parcimoniam, a veris suis rationibus abduci se passi fuerint; sibi numquam suasum fore, ut Hispani deserantur, utcumque res cadat; saepissime Belgas pacis Neomagensis poenitusse, ac si nunc iterum fidem fallent, neminem deinceps in hac Republica fiduciae quid reponere posse³⁾.

Ordines Generales interea intelligentes sociis non voluntatem, sed vires deesse, mox, non obstantibus Nobilibus ipsisque sociis, Hispanis conditiones, quales volebat LUDOVICUS,

1) Vid. *Resol. v. h. Ho. Mo.*, 29 April 1684.

2) Cf. D'AVAUX, II, 340.

3) Vid. PUFENDORFIUS, Op. I. 1209.

d. 17 Feb. suadere statuerunt¹⁾. At mala Gallorum Regis fides statim manifesta fuit, qui nunc pacem vel inducias noluit, nisi tradita ante urbe Luceburgo, negans Civitates foed. amplius teneri iis, quae ipse d. 17 Febr. ejusdem anni proposuisset²⁾.

Princeps hocce responsum indignatus, se moriturum potius declaravit, quam captam Luceburgum pati. FAGELIUS in singulas urbes profectus est, ut iis ostenderet LUDOVICI fraudes, eum enim offerentem ultima, prioribus non derogasse expressis verbis; et nihil neglexit, ut impediret quominus ultimae illae conditiones acciperentur³⁾. Adeo feliciter rem gessit, ut Ordines Hollandiae tandem decreverint (d. 12 m. Maji), se nullo modo Hispanos ad ditionem Luceburgi coacturos esse⁴⁾.

Ita tempus dictum (usque ad d. 20 m. Maj.,) praeterlapsum est variis conatibus, cum Amstelodamensium festinantium negotium de pace vel induciis, tum Principis et FAGELI omnia molientium, ut Civitatibus foed. tale pactum cum Gallis dissuaderent. Venit tandem dies 20 m. Maji. — Convenerunt eo die Ordines Hollandiae tumultuose: Amstelodamenses omnes vires intenderunt, ut fierent induiae

1) Vidd. *Resol. v. Holl.* 4, 6 et 7 Mei 1684.

2) Vid. *Resol. v. Holl.* 8 Mei 1684. — Lepide Brandenburgicus legatus hunc LUDOVICI agendi modum, semper plura exigentis, comparat cum SIEYLLA, quae ad TARQUINIUM PRISCUM venisse traditur, cique libros oraculorum obtulisse, quorum reliquias eodem, quo integros pretio vendere voluit. Vid. PUFENDORIUS, l. 1. 1209.

3) Cf. D'AVAUX, III, 34, 43: »Il n'y avoit point d'obstacle, ni de chicane, dont on se pût aviser, que le Pens. FAGEL ne mit en usage pour empêcher que les États de Hollande ne prissent une résolution conforme aux intentions de sa Majesté.”

4) Cf. *Resol. v. Holl.* 12 Mei 1684. — *Resol. v. h. Ho. Mo.* 12 Mei 1684.

conditionibus ultimis. Fortiter FAGELIUS iis restitit, oratione habita, qua eos monuit ne, induciis factis, amitterent socios; fore ut in posterum iis nihil facere liceret, nisi enatu Regis. Amstelodamenses, quibuscum tum faciebant undecim urbes, contra exegerunt ut Consiliarius, cuius erat suffragia colligere, decretum ferret; recusavit FAGELIUS, ulti-pote legibus contrarium, cum tale decretum omnium consensu indigeret; negavit et Syndicus Dordracenus, quem, recusante FAGELIO, hoc facere jubebant Ordines. Petierunt Amstelodamenses, ut saltem prius decretum dici 14 m. Mart., quo Principem veluerant quidquam hostile suscipere in terras Regis LUDOVICI, communicaretur cum D'AVAUXIO. Hocce quoque inutile et dishonestum dicens recusavit FAGELIUS, frustra Amstelodamensibus frementibus¹⁾.

FAGELIUS autem in hoc gravissimo negotio victus, animum non demittebat; contra non tantum rerum publicarum, verum etiam illorum, quae proprie Principis spectarent commoda et utilitatem, curam strenue habere non destitit. Ita urgebat, quamquam inutiliter, nonnullorum delegatorum opera usus, ut in pacto cum LUDOVICO ineundo convenienter, de homagio a Principe Regi non praestando, pro terris quas haberet GULIELMUS in regione Luceburgi, Vianden et St. Vith; porro, ut Princi restitueretur Principatus Arausiacus, aliisque de causis satisfactio daretur²⁾.

1) Cf. D'AVAUX, III, 89 ssq.

2) Cf. D'AVAUX, III, 149 sq. IV, 37 — *Resol. van Holl.* 9 Jun. 1684; dat by deese onderhandelinge ook behoorden te werden afgedaan de moeyelikheden, die S. Hoogh. den Heere Pr. VAN ORANGE hadde; dat deselve bestonden in twee saaken, het eerste raakende het Prinsdom van Orange, en de geregtheden van dien, en het tweede de executie van seekere sententie by het Leenhof van Brabant, gandsch onregtmatig en nulliter gewesen ten voordeele van de Vrouwe Gravinne

§ 2. 1684—1688.

Sic igitur difficillima illa res absoluta est: superaverunt Amstelodamensium pervicacia et d'AVAUXII artes, auctoritatem Principis, Consiliarii prudentiam, caussae Hispanicae justitiam. Cave, tamen putes sublato discordiarum fonte, cessasse domesticas lites; hominum enim studia semel excitata facile placari non possunt.

Jam ante conclusum induciarum vicennalium pactum, Amstelodamenses consilium cepisse videntur minuendi Principis potestatem, praesertim ut revivisceret in Provinciis Trajectina, Gelria et Transsalania antiquus modus magistratum creandi; intelligentes vero quanta esset Consiliarii vis in Gubernatorem, illum muneribus ante omnia movendum esse viderunt; praeterea cum LUDOVICO foedus inire conabantur, quominus obnoxii essent Principi¹⁾.

LUDOVICUS, cui nihil magis gratum accidere poterat, quam Rempublicam sibi devinctam habere, ut eam pro lubitu regereret, haec consilia quam maxime probavit, et ut antea WITTUM, nunc quoque FAGELIUM perdere enitus est. Hanc ob rem legato suo strenue mandavit, ut Amstelodamenses incitaret ad exsequenda consilia²⁾.

van ISENGIEN. — — — Dat hooggem. S. Hoogh. gedurende deselve Treves soude behooren te komen en blijven in de possessie en jouissance van hetselве Prinsdom; — — — en dat ook S. Kon. Maj. van Vrankryk gedurende de voorsz. Treves sullende komen in possessie van het Hertogdom Lutzenburg, en S. Hoogh. in hetselве Hertogdom hebbende eenige Leengoederen, behoorde te worden gedisponeert (*lege* gedispenseert), om gednrende de voorsz. Treves daarvan aan S. K. Maj. van Vrankr. homage te doen en investiture te nemen.”

1) Cf. PUFENDORFIUS, I. I. 1209. — d'AVAUX, III, 111 sq. IV, 8 sq.

2) Cf. d'AVAUX, IV, 20. »Que je devois sur toutes choses les fortifier dans la résolution, de perdre entièrement le Pens. FAGEL; que c'étoit le

Qua in re tamen magna cum cautione erat procedendum, cum Amstelodamenses merito considerarent, Principem omnes vires intenturum esse, ut FAGELIUM sustineret. Testem habemus DAVAUXII epistolam ad Regem (28 Sept. 1684) missam : » Le Sieur HOP me dit, qu'il étoit vrai, que Messieurs d'Amst. connaissant qu'on ne pouvoit, sans faire beaucoup de violence, entreprendre d'ôter les charges au Pens. FAGEL, — — — — ils avoient cru, qu'il étoit plus convenable au bien de la Republique, de ne pas pousser certaines choses à l'extremité¹⁾. ”

At ita negotii ardore sensim paulatimque minuto, tota res sopita est ; certe mala Amstelodamensium consilia primum refrigerata, ad finem perducta non sunt et in fumum abierunt.

Dissensiones tamen inter Principem et factionem ei universe contrariam tam facile componi non poterant. Ortae sunt paulo post inducias factas novae lites cum magistratu Dordraceno; oblatis enim tabulis eorum, qui a civibus nominati essent (de goede Luiden van den Achten), e quibus eligeret Princeps novos magistratus, ille certior factus, quaedam non optime in illo negotio acta esse, jus inquisitionis sibi competere censuit, remittentibus Dordracenis, et hanc inquisitionem unice suis judicibus asserentibus, actione instituta ambitus²⁾. — Res in concione Hollandiae magna

premier pas, qu'ils devoient faire non seulement pour leur réputation, mais aussi pour donner un bon commencement au rétablissement de leur liberté, que je ne devois leur laisser aucun lieu de douter, qu'elle ne leur donne pas pour cela, toute la protection qu'ils auraient besoin.” — Cf. quoque p. 40.

1) *Négociat.* IV, 103. Cf. porro pag. 105, 111.

2) Vidd. diversa ab utraque parte oblata documenta, apud SYLVIUM L. XXIII, 1—42. Cf. WAGENAAR, 1. I. 259—279. — *Staatkundige partijen in Noord-Nederland*, p. 202. — Inter Dordraci magistratus imprimis AREND MUYS VAN HOLIJ, Burgimagister, Principi contrarius erat.

contentione agitata est. Amstelodamenses Dordracenorum causam suam fecerunt; cum autem plures urbes Principi faverent, negotium paullo post silentio transiit¹⁾.

Amstelodamenses tamen non quieverunt, sed statim post conclusas inducias exercitum minuere studebant, et recusanda petitione Concilii Status (de Staat van Oorlog), exeunte anno, ut mos erat, proposita, significabant, se invito Principe Gallis fidem dare. In concione Hollandiae primum de intolerabili tributorum onere queri²⁾), deinde urgere exercitus diminutionem, suadentes castra ac praesidia militaria quae-dam deserenda, et potius curam rebus maritimis dandam esse³⁾), denique strenue monere, ut major parcimonia in rebus publicis adhiberetur; »dat menagie gemaect most werden »omtrent het stuck van defroyementen, specialyck van or- »dinaris en extraordinaris Ministers buyten s' Lants; van »de post van secrete dingen⁴⁾; van pensioenen en appointés »en van servisgelden; en eyndelingh, of men in de trac-

1) Narrat DAVAUXIUS, FAGELIUM Principis agendi rationem non pro-basse, quod legatus tribuit inimicitiae, quae inter eum intercederet et HALEWYNIUM, qui GULIELMUM strenue incitaverat. *Négociat.* IV, 136.

2) »Bedragende driemaal meer als nyt de gront van de Provintie, »door de lantbouw kon werden getrocken." Vid. apud SYLVIUM L. XXIII, 41 sq.

3) »Dat om 't Lant ontsachelyck te maecken, het toestellen van 36 »schenpen van Oorlogh, voor de quote van Holland, welche 20 of 25 »jaren konde duren, van vrij veel minder onkosten is, als het onder-shouden van soo veel fortification te Lande, en eene grote kostbare »militie, alzoo (behalve de geringe gagies van weinig Zee-Officiers), »geen betalinge door den Staet in Vreedenstijt aan Zeevolck geschiedt." Vid. ibidem.

4) D'AVAUXT: »Ce point, ait, regarde directement le Prince d'ORANGE et le Pens. FAGEL, qui disposent pour ce sujet d'une grosse somme, sans en rendre compte à personne." *Négoc.* IV, 198.

»lamenten en de soldy van de Militie in oorlogh's of vredens-tyden geen onderscheyt behoorde te maecken?"

Ad hanc Amstelodamensem rogationem Nobiles fortiter responderunt, et si DAVAUXIO hac in re fides habenda, rescripti, quo illi rationes suas exposuerunt, FAGELIUS auctor erat¹⁾. Nimis clare et manifeste demonstrat, tempora non pati socordem esse; opus esse militia bene ornata; exercitum non unicam causam esse docens tributorum ac vectigalium, sed magnum, quo Respublica premeretur, aes alienum; revera tamen res maritimas non minori, quam militiam cura indigere²⁾. — Quidquid sit, res paulo post non sine ulteriori altercatione composita est, prudentia et sagacitate Principis et FAGELII³⁾.

Amstelodamenses enim variis causis moti, sed imprimis periculosa rerum conditione in Europa edocti, tandem cum Principe in gratiam redire coacti sunt. Ipsi dissidentebant, imprimis BEUNINGIO Principis partibus favente; quod certe mirum videretur ignorantibus celeberrimi viri, jam senescientis, vacillantem naturam. Hic vero intelligens, frangenda Principis auctoritate et amovendo Consiliario, Rempublicam brevi Regi LUDOVICO obnoxiam fore, et hanc ob causam pronus in Anglos, Amstelodamensem cum Principe conciliationi omni ope incubuit: »VAN BUNING, scripsit DAVAUXIUS ad Regem (11 Sept. 1684), est autant que jamais contre l'alliance de la France, et il voit bien, que si on pousse le Prince d'ORANGE et le Pens. FAGEL, la République

1) Vid. D'AVAUX, IV, 254.

2) Vid. SYLVIA, 1. 1. p. 44.

3) Cf. D'AVAUX, IV, 317: «Il ne m'est pas possible de représenter à V're Maj. les ruses, les menteries et même les menaces, que le Prince d'ORANGE et le Pens. FAGEL ont mis en usage, pour ébranler la fermeté de Mess. d'Amsterdam." Vid. et imprimis pag. 323.

» sera obligée de s'attacher entièrement aux intérêts de V^e.
 » Majesté; ainsi il voudroit pouvoir chasser le Pens. FAGEL
 » et se raccommode avec le Prince d'ORANGE, d'une manière
 » que les États demeurassent dans les intérêts de l'Angle-
 » terre ¹.)”

Maxime valuerunt ad sopiendas perpetuas illas cum Amstelodamensis lites, crudelis LUDOVICI persecutio in Reformatos instituta, et injusta eius agendi ratio circa mercaturam Belgarum, de quibus videamus paululum.

Dudum LUDOVICUS (praeceps pace Neomagensi facta), id meditatus erat, ut in regno tantum una, eaque Catholica, religio coleretur. Habebant enim Reformati, inde a tempore HENRICI IV ex Edicto Nannetensi (a°. 1598), et religionis libertatem et jura quaedam atque privilegia certa ac secura. — RICHELIEU, MAZARINUS, COLBERTUS, ipse LUDOVICUS eos optimos cives dicere ac habere solebant. Plures eorum non tantum eximie de patria meriti erant, sed ad summas quoque dignitates pervenerant. Ita e. g., ut nonnullos tantum enumemus, DE RUVIGNY, legatus per longum temporis spantium in Anglia sagacissimus; DU QUESNE, archithalassus peritissimus, SCHOMBERG, TURENNE duces fortissimi, alii. — Ludovicus tamen fanatico furore pravisque consiliis impulsus, a proposito suo non destitut. Initio sacerdotum monitis et persuasionibus frustra usus est, postea non puduit eum, abrogato Edicto illo HENRICI, quo in perpetuum gaudere debebant Reformati, armorum vim (Dragonades) aliasque diras vexationes in insontes subditos adhibere. — Unde innumeri horum mise-

1) *Négociat.* IV, 89, 330 sq. — Cf. quoque PUFENDORFIUS l. l. 1223 ubi ferter BEUNINGIUS FUCHSIO dixisse: »potentiam et auctoritatem, qua (Princeps) ampliore quam majores gaudeat, — imminui absque exitio Republicae non posse.” Numquam tamen in gratiam acceptus est a GULIELMO. Vid. D'AVAUX, IV, 359, sq. V, 31, 191.

rorum hominum, patriae solo relicto, in Angliam, Helvetiorum regiones, in Germaniam, praesertim vero in Belgium foed. confugerunt¹⁾.

Dici nequit, quantum immanis illa persecutio ipsi LUDOVICO nocuerit. Etenim non tantum complures cives expulit, quorum industria et opes magna lucra in regnum quotidie afferebant, verum imprudenti illo consilio factum est, ut Europae Reges vel Principes, quibus religio Reformata cordi esset, hostes fierent. Ac quidem quo animo allatus nuntius de LUDOVICI crudelitate a nostratis auditus sit, testem habemus DAVAUXIUM dicentem: »Mais dans le temps que « Mess. d'Amsterd. se soutenoient avec vigueur, qu'ils avoient « de leur autorité fait cesser les nouvelles levées de onze « mille hommes, et qu'ils demandoient opinâtrement une « seconde reforme de quinze mille autres, ce qui arriva aux « Religionnaires en France, fit surseoir leurs poursuites et « donna un grand avantage au Prince d'ORANGE²⁾.» Ita paulo post, Edicto abrogato (20 Sept. 1685), scripsit: »Comme « il n'y a presque personne dans le gouvernement de Hol-« lande, qui n'ait un parent ou un ami interessé dans le « commerce de France, — — — cette affaire excite be-«aucoup de bruit et cause de l'alteration³⁾.» Non tantum

1) Vid. de hisce persecutionibus VOLTAIRE, *Siecle de Louis XIV*, ed. stereot. T. III, p. 123 ssq. — LIMIERS, *Hist. de Louis XIV*, T. V, 139 ssq. — Cf. et scriptores, quos laudat vir Ampl. H. J. KOENEN in commentatione praemio ornata, cui titulus: *Geschiedenis van de vestiging en den invloed der Fransche Vluchtelingen in Nederland*.

2) *Négociat.*, IV, 6, sq. — Cf. quoque VOLTAIRE, *Remarques sur les mém. de Mad. de MAINTENON*, IV, 114: »Sans la révocation, GUILLAUME III auroit bien souhaité de regner, mais il n'auroit pas songé à détrôner son beau-père. Et s'il y avoit songé, les Prov. de Hollande et de Westfriesie n'auraient pas secondé ses vues ambitieuses.»

3) *Négociat.*, V, 146.

ephemerides harum rerum plenae erant, sed continuo edebantur vel tabulae vel nummi, in quibus referebantur victimarum cruciationes, ita ut Ordines Holl. mox peculiari decreto illa prohibere utile judicarent¹⁾.

GULIELMUS singulari arte hac LUDOVICI imprudentia et perfidia usus est; non tantum per sacerdotes e cathedra vehementer clamantes et ruinam religionis Reformatae vaticinantes id effecit, ut plebis animum exacerbaret in LUDOVICUM, et ita magistratus cogeret sua consilia sequi²⁾, sed etiam humana eademque sapienti liberalitate profugos sibi devinxit; cuius rei consequens erat, ut Amstelodamenses, Frisi et Groningani tandem cum eo sincere in gratiam redirent³⁾. Hujus gravissimi negotii haud scio an non primae partes FAGELIO sint tribuendae, qui ab initio perspiciens, quot ac quanti fructus inde in patriam essent redundaturi, jam exeunte aº. 1682 in concione Holl. suasit, ut ubique pecunia colligeretur, qua miseri succureretur⁴⁾. Dein saepius cum Ordinibus Hollandiae de illa persecutione Gallica querebatur, et memoriae proditum est, eum de hoc argumento pulcherrimam et eloquentissimam orationem habuisse, qua tristem miseriarum et crudelium poenarum tabulam ob oculos posuit, quas Reformati ferre deberent, LUDOVICUM ne nostrates in Gallia commorantes quidem excipisse. Hac oratione Ordines sic movit, ut non tantum quosdam e numero suo ad DAVAUXIUM mitterent, sed quoque

1) Vid. *Resol. v. Holl.* 28 Febr. 1686.

2) Cf. D'AVVAUX, IV, 290, 295 cet.

3) Cf. D'AVVAUX, IV, 295, 320; V, 191: «Les Bourgemestres d'Amsterd. firent entendre à leurs amis, que c'étoient les affaires des Huguenots de France, qui les avoient poussés à se raccommoder avec le Prince D'ORANGE.» Cf. porro pag. 215, 223, 231, VI, 287.

4) Cf. D'AVVAUX, I, 258.

legato suo mandarent, ut cum Rege ipso de illa saevitia quereretur¹⁾.

FAGELIUS hanc opinionem jam tum amplexus fuisse videtur, in libera regiminis forma, liberum esse oportere omnium religionum cultum, salvis tamen iis cautionibus, quas recens memoria gravis certaminis cum Hispanis commendaret. Talem libertatem cum justam, tum vero necessariam mercaturae existimabat. Unde omnibus viribus prohibuit, quominus ex consilio nonnullarum Provinciarum, Catholici e Civitatibus foed. expellerentur. Forsan quoque considerabat, quanti momenti esset Principi, ne Catholicos in Anglia vel Catholicos Principes, quorum auxilio ei opus foret, offensos GULIELMO redderet²⁾. Quidquid sit, prudenti justaque FAGELII agendi ratione factum est, ut affluente insigni profugorum numero, industria, mercatura, liberales artes et scientiae hic in dies magis florerent. Deinde hinc factum est, ut Princeps magnam militum copiam sibi comparare posset ex hisce profugis, quorum utilitatem in expeditione Anglicā postea expertus est³⁾.

1) Vidd. D'AVAUX, V, 144 sq. 162. — *Resol. v. Holl.* 26 Sept. 1685.

2) Cf. D'AVAUX, I, 266 sq. V, 234, VI, 109 sq. — Attamen aº. 1687 Ordines Generales e Civitatibus foed. expulerunt sacerdotes Jesuitas, Franciscanos et Dominicanos; cuius rei justitiam defendebant argumentantes eos esse perigrinos, novas res molientes, *nullo cum affectu in Rempublicam*. Vid. RUFENDORFUS, l. l. 1266 et WAGENAAR, XV, 385 ssq.

3) Lubentissime haec verba eruditissimi H. J. KOENEN nostra facimus: »Heeft intusschen een Staatsman als FAGEL het eindelyke voordeel geraamd, dat den Staat uit de opneming van zoo veel deftige, nyverige, vernuftige en werkzame ingezetenen kon voortspruiten, heeft hy voorzien, dat het Land nog hulpbronnen genoeg bezat, om eene grootere bevolking van nyvere inwoners te voeden, en dat de Republiek daardoor in magt en bloei zou stygen, dan mag men die bere-

Haec dum agebantur, magnae mutationes acciderant in Anglia. Ineunte enim a° 1685 (d. 16 m. Febr.) Rex CAROLUS supremum diem obiit, cui frater JACOBUS Dux Eboracensis successit. Post patris luctuosa fata per longum temporis spatium exsul, in Gallia militiam Duce TURENNIO dicerat, et postea cum CAROLO in regnum redux, rebus maritimis tam feliciter incubuerat, ut excellens Archithalassus haberetur. At juvenis Catholicorum placitis imbutus, sacra illa clam amplexus fuerat, quod Anglos diu latere non potuit, et origo fuit malorum, quae in extrema vitae parte passus est. Supra vidimus, eum Anglis suspectum, munere Archithalassi fuise motum; privatus tamen rebus publicis gnaviter operam dare pergebat, neque defuit ei quaedam ars et ratio, quibus fratrem superaret; erat ei vultus gratus, dictio facilis; natura parcus, dignitatem vero externam conservandi studiosissimus.

Recte quidam historiarum scriptor de eius adventu ad regnum dicit. »No Prince ever mounted the throne of England, whose first measures of government ingrossed more the public attention, than those of JAMES the second¹⁾.”

Et revera diversa mente omnes initia eius observabant, et suo quique metu pericula metiebantur; memores rogationis, ex qua JACOBUS a regno excludendus fuisse, alii Regis vindictam; alii ruinam religionis Reformatae, quae iis *carior esset vita*, proximam timebant; parvus non nisi Catholicorum numerus

kening gerust als een hooger en edeler staatkunde beschouwen, die in het volbrengen van heilige pligten, het best begrepen eigenbelang vindt.” (*Geschied. van de vestiging etc. van de Fransche Vlugtelingen*, p. 331). Cf. et W. E. J. BERG VAN DUSSEN-MUILKERK, *de Refugiés in de Nederl. na de herroeping van het Edict van Nantes*.

1) DALRYMPLE, Part I, Book 2.

de novo Rege lactabatur, dum ceteri tantum ardorem regni saluti non convenire putabant ^{1).}

Enimvero, licet JACOBUS statim post fratris mortem in Concilio intimo, postea in Parlamento, solemniter promisisset se regni leges, populi jura, et Ecclesiae Anglicae privilegia conservaturum et defensurum esse ²⁾, vehementi tamen ferebatur studio, non tantum religionis Catholicae introducendae, verum etiam summi imperii ac principatus. — Hunc in finem mox cum LUDOVICO, cuius liberalitatem frater saepius expertus erat, de subsidiis agere incepit ^{3).}

Non potuit, quin haec rerum mutatio ipsi Reipublicae Belgicorum maximi momenti esset ac periculosissima videretur. — Nonne merito metuendum erat, ne novus Rex cum LUDOVICO arctius se conjuncturus esset, quo cum iisdem fere rationibus congrueret? Nonne JACOBUS Rempublicam semper magno odio persecutus erat? Deinde, si Princeps Arausiacus cum JACOBO in gratiam rediret, quid non libertati publicae imminebat ab illius auctoritate, Regis amore et auxilio firmata? ⁴⁾: »Le changement,” scripsit DAVAUXIUS ad Regem, »qui vient d’arriver en Angleterre, a fait faire beaucoup de réflexions à Mess. d’Amsterdam”; et paulo post: »mais, Sire, je m’apperçus hier au soir, qu’on ne parlait pas de la même manière, qu’on m’a parlé ces jours-ci. »Je vois que la mort du Roi d’Angleterre a apporté quelque alteration dans les affaires” ^{5).}

1) Cf. epistola Gallorum legati DE BARILLON, ladata apud MAZURE, II, 29.

2) Cf. MAZURE, II, 20. — DALRYMPLE, P. I, B. 2.

3) Cf. MAZURE, II, 25 cet.

4) D’AVVAUX, IV, 294: »Messieurs d’Amst. sont dans une apprehension extraordinaire, que le Prince ne se remette bien avec le Roi d’Angleterre.” Cf. porro pag. 300.

5) Cf. D’AVVAUX, IV, 271, 274.

Sed et ipsi Principi novus ille rerum status dubia multa gignebat. — Potuitne ille obliisci, quid ipse antea egisset de socero excludendo? Nonne merito timere debebat, ne JACOBUS sua vice eum a successione arceret? Praeterea, in Belgio non deficiebat materies controversiis et dissensionibus. Opulentissima et potentissima urbs Hollandiae, incitata a DAVAUXIO, a foedere cum LUDOVICO ineundo nondum omnino aliena erat. — Exigebat igitur politica ratio, ut conaretur GULIELMUS JACOBO denuo gratiosus fieri; quo facto, mox foedus, cuius ope LUDOVICO resisteret, se inire posse sperabat. Misit igitur in Angliam familiarem Nobilem quemdam¹⁾, qui eius nomine Regem congratularetur et cum eo de reconciliatione ageret: Regi omnibus rebus satisfacere paratum se esse dixit, excepta tamen religione. Quin etiam rogante JACOBO, Ducem MONMOUTHIUM a latere suo movit et quosdam praefectos militares Anglos dimisit; cum Rege ipse litterarum commercium instauravit: epistolae utrimque datae plenae erant, sive sinceris, sive falsis asseverationibus pietatis et benevolentiae²⁾.

Quidquid sit, insuper missi sunt ab Ordinibus Gener. legati extra ordinem EVERARDUS VAN WEEDE, Toparcha a DYKVELD³⁾ et VAN WASSENAER, Toparcha a DUVENVOORDE, qui cum

1) OUWERKERK; vid. DALRYMPLE, *Memoirs*, T. II, p. 115.

2) Cf. MAZURE, II, 178 sq. «et l'on ne trouve réellement dans les documents diplomatiques, aucune trace, qui puisse faire soupçonner, que jusque-là, et même longtemps après le Prince d'ORANGE ait eu d'autre dessein, que celui d'empêcher l'exclusion de la Princesse sa femme.”

3) Perhibet DAVAUXIUS (IV, 333) DYKVELDIUM specialia et secreta mandata habuisse, ut Anglis sincerum Principis animum conservandae et tuendae religionis Reformatae testificaretur: «ce fut, inquit, dans cette ambassade, qu'il jeta les fondements de l'entreprise, que nous avons vu éclater trois ans après.” — Quod audacius dictum et for-

Rege pristina foedera renovare tentarent. Cui legationi
 DAVAUXIUS frustra impedimenta struxerat, et quanti ipse IUDICUS
 tale quid metueret, nos docent memorabilia legati:
 »Le Roi me manda, que ma *principale occupation* devoit
 être d'empêcher, qu'il ne se fit aucune alliance avec le
 Roi d'Angleterre et les États Génér., et que, *quoique je*
 »ne puise plus user de menaces, ni employer pour cet
 »effet les mêmes moyens, dont je m'étois servi par le
 »passé, je ne manquerois pas néanmoins de bonnes raisons
 »à dire à ceux, qui avoient le plus de part au gouver-
 »nement de la ville d'Amsterd. et à tous les autres bien-
 »intentionnés, pour les détourner de cette alliance¹⁾.»

Superavit difficultates FAGELIUS et vetera foedera paulo
 post confirmata sunt²⁾.

Gravi illa rerum conversione agitabantur plures quoque
 Europae Principes. Ita Elector Brandenburgicus legatum
 FUCHSIUM rursus misit, cui inter alia hoc mandatum erat,
 ut moneret Amstelodamenses temporibus consulere et dis-
 sensiones componere³⁾). Huic ita se adjunxit FAGELIUS, ut
 uterque magnam partem habuerit in dirimendis litibus⁴⁾.

Nec poterat GULIELMUM et FAGELIUM fugere, quanti inter-
 resset Electorem, veterem socium, cum Republica quam
 maxime conjunctum habere⁵⁾). Omnem igitur operam tali-

san non ad hanc, sed ad posteriorem DYKVELDII legationem pertinere
 videtur.

1) Lettre du Roi 10 Mai 1685 (*Négot. V, 3*), Lettre du Roi 9 Août
 1685 (*V, 114*).

2) Cf. WAGENAAR, I. I. 303.

3) Vid. PUFENDORFIUS, I. I. 1222: *ut interna Reip. concordia reparetur.*

4) Cf. D'AVAUX, V, 100.

5) Cf. D'AVAUX, V, 109: »les États Génér. ne souhaitant point de
 faire aucune nouvelle alliance avec l'Electeur de Brand., tout le se-

foederi dederunt, ita ut, quidquid studii attolisset DAVAUXIUS, tandem concluderetur pactum, mense Augusto 1685, quo Belgae residua quaedam debita solvere promittebant¹⁾, et foedus a. 1678 iterum in duodecim annos continuabatur²⁾.

Interea Rex JACOBUS legem oblivionis in Anglia edidit, qua tamen multos exceptit, quorum in Civitatibus foed. pars refugium quae siverat, qui ut *expellerentur et traderentur*, Anglorum legatus SKELTON strenue rogavit ab Ordinibus Gener. sic ut debebant e foederibus: docet nos DAVAUXIUS FAGELIUM huic rei fortiter obstitisse, eumque declarasse se potuis mori velle, quam jus asyli violare³⁾). Huius rei tamen in actis publicis nullam mentionem invenimus; quamquam decreverunt Ordines Holl. exsules expellere quidem, non vero tradere⁴⁾.

cret de cette affaire n'est qu'entre le Prince d'ORANGE, le Pens. FAGEL et les Sieurs FUCS et DAMERONGUE."

1) Cf. d'AVAUX, V, 95: »Il est à présumer qu'on ne lui donnera pas une si grosse somme, sans se tenir bien assuré de lui.«

2) Vid. d'AVAUX, V, 125: »On m'apprit que le Pens. FAGEL avoit proposé aux députés des États Génér., de proroger ce Traité jusque à la fin du siècle; que les députés, qui étoient au Prince d'ORANGE, et qui avoient été avertis par le Pens. FAGEL, y avoient donné les mains; que le député de Groningue s'étant excusé sur ce qu'il n'osoit agir sans ordre de ses supérieurs, le Pens. FAGEL s'étoit fort emporté contre lui; qu'il lui avoit témoigné le préjudice, qu'il faisait par là aux États Génér. et lui avoit déclaré, que s'il s'opiniâtroit davantage, il alloit conclure avec six députés, et qu'il conclurroit même avec cinq, plutôt que de laisser cette affaire indécise.« — Cf. WAGENAAR, 1. I. 292, 298. — PUFENDORFIUS, 1. I. — DUMONT, 1. I. p. 111.

3) Cf. d'AVAUX, V, 19: »le Pens. FAGEL opinant le 18 sur le mémoire (scilicet legati SKELTON) déclare en pleine assemblée des États Génér. qu'il aimeroit mieux être pendu dans la grande place, que de consentir que l'on saisit aucun des Anglois, qui se sont refugiés dans ce pays.«

4) Cf. *Resol. v. Holl.* 18 Mey 1685.

At vero Rex securus corona frui non potuit. Notae sunt invasiones Ducis MONMOUTHII filii naturalis CAROLI II, in Angliam et Comitis ARGYLE in Scotiam. Postulante Rege tres Anglorum et Scotorum turmas, quae apud Civitates foed. stipendia merebant, et Princeps et FAGELIUS ei obsequendum esse statuerunt¹⁾. Quin Princeps ipse se obtulit summum praefectum in JACOBI exercitu contra MONMOUTHUM.

Huius rei causa in promptu est. Princeps enim, sive non ignoraret expeditionem, sive omnino ei alienus esset, pati non potuit MONMOUTHUM Regis titulum affectare et legitimi filii defuncti Regis nomen usurpare.

JACOBUS, hisce seditionibus sedatis, crudeli modo in eorum participes saeviit; et a Parlamento magna annua pensione in vitam accepta, mox pro lubitu regere incepit: Catholicos in Consilium vocare, amotis Reformatis: sibi asserere jus primum praefectos militares jurcjurando fidei solvere, dein alios: Catholicis omnia munera dare, posthabitis ceteris: tribunal erigere Ecclesiasticum, quod a CAROLO I in aeternum abolitum fuerat²⁾.

1) Cf. *Resol. v. Holland* 6 Juny 1685: »De Raadpension heeft nyt den name en van wege Syne Hoogheid ter Vergadering voorgedragen, — — dat Syne Hoogheid, considereerde dat het XIV. articul van het Tractaat in July 1667 tot Breda gesloten, den Staat obligeerde tot het zenden van secours, ook tegens Rebellen, dog tot kosten van den eisscher, en dat het V. articul van het Tractaat in Maart 1678 gesloten, mitsgaders het I. van de separate artieulen van dien, het secours, dat desen Staat aan die Majest. schuldig was, hadde gereguleert op ses duizend man, ten laste van den sender te onderhonden, van opinie was geweest, dat men syne Maj. daarin soude behooren te believen, maar daarop echter geen Resolutie hadde willen nemen, voor en al eer deselve was verstdengt van de meeninge en intentie van haer Ed. Gr. Mog. desen aengaande." Cf. *Resol. v. Holl.* 9 Juny et 5 July 1685.

2) Cf. MAZURE, II, 147 sq.

Hisce rebus quam maxime in odium et suspicionem populi pervenit. Accedebat quod Catholici sacrorum suorum dominationem in aeternum stabilire cupientes, MARIAE, uxoris GULIELMI, exclusionem meditabantur, bene intelligentes eam numquam religionem suam mutaturam esse, cum eius maritus religionis Reformatae acerrimus defensor et vindex haberetur; exclusa MARIA, ad regnum vocare volebant minorem natu filiam ANNAM, duptam Principi Daniae, quam facilius ad Romanam religionem convertere sperabant¹⁾.

Dum ita Anglorum animi suspensi tenebantur, JACOBUS magnam operam dare incipit rebus maritimis, classem parare, portus munire, omnes res bello gerendo necessarias instruere. Clamabant Catholici brevi bellum fore cum Civitatibus foed. in ipso Belgio rumor erat, Regem clam foedus iniisse cum LUDOVICO²⁾. Sane metuendum erat, ut induciae Gallos inter et Hispanos atque Imperatorem duraturaे essent³⁾.

Ipse LUDOVICUS non parum attulerat ad augendum hunc metum; nam cum fuit fama, Regem Hispaniae Belgii provincias dotem daturum esse Principi Bavariae, mox per suum legatum severum libellum offerendum curavit, quo se tale quid non passurum declaravit; paulo post lite orta

1) MAZURE, II, 37.

2) Cf. BURNET, II, 384. — WAGENAAR, I. I. 346. MAZURE, II, 165.

3) Scripserant enim VAN WEEDE et WASSENAER jam antea: »dat een van ons met den Grave VAN MIDLETON in discours geraeckt synde, Syn Ed. sigh so verre belieft heeft uyt te laten, dat men hier al lange bedagt was geweest, dat misschien de gemaeckte Treves de volle 20 jaren niet en souden bestendig blyven." — Cf. epist. ^{4 May}
